d Diuiti pro anima non est]vide de hoc Pa. in ru. de testa.& in postillis.infra testamẽtum.§.2. Bal. in l.1.C.de sa.sã. ec. dicit qđ relictũ factũ consanguineo diuiti licẽt dicat qđ ad pias causas vel pro aĩa non dicitur ad pias cãs.

e Nõ expssa cã] Adde Spec. ti.de instr.edi.§. nunc verò aliqua ver. 26.vbi decidit. Si testator dicat, relinquo ꝓ aĩa mea, quod iustũ fuerit vel quod videbitur meis, quod epũs poterit agere contra hæredes, qa hoc est in fauorẽ religionis.ff. de annu.leg.l. si cui,ꝙ de le.2. l. quidã. Non obstante ꝙ legatum videat incertum, vt l.salarium. C. mãd. & l. cum post.§. gener,ff.de iure. do. De hac incertitudine vide supra.eo.in 2.add.

f L. quidam in testamento] Regulariter nõ valet legatum in-

certum, vt l. Titia ff. de leg. 2. 1. Resp. Dicit tamē tex. q̄ erit in arbitrio boni viri quanta pecunia expendi dēt &c.
a Quoad Falcidia] vide est de hoc text. apertus in aut. similiter. C. ad l. Falc.
b Sed Io. A-d.] Spec. in ti. de instrum. edi §. cum pendiosq; ver. sed cum deductio dicit se vidisse iudicari q̄ non detrahatur Trebel. lianica, vt examinat latè in d. ca. si pater sup glo. in ver. Trebelliani.

ri fit ad piam causam? ℞. Bal. in l. 1. C. de sa. san. ec. q̄ nō nisi dicat ꝓ aīa, & ꝓ deo hoc facere, & facit pro hoc quod no. Bar. in d. l. 1.

4 Vtrū legata ad pias cās gaudeāt eodem priuilegio cū relicto ecclesiæ? ℞. Pan. in c. relatum el 1. de test. vl ti. col. ver. vl. aduerte. Et ibi allegat hoc dictum ꝓ sing. quod sic quia ecclesia priuilegiatur propter animā contemplatione Dei. Facit quod no. Io. An. in c. 1. de in integrum restit. li. 6. vbi voluit qd̄ sicut ecclesia pt̄ petere restitutionem in integrū, ita & alia pia loca pnt.

5 Vtrū de legatis ad pias cās possit detrahi Falcidia vel Trebellianica? ℞. Pa. in c. Raynal. de ter. cōiter tenet q̄ non, quoad Falcidiam, a sed quoad Trebellianicam. Bar. in l. Marcel. in prin. ff. ad Tre. Bal. in l. id qd̄ pauperibus. C. de epi. & cle. & multi alij tenent q̄ necēt detrahēt. sed Io. An. b in c. si pater de test. li. 6. in ver. Trebellianicæ tenet q̄trū in glo sua & ēt multi alij, vt no. Albr. in l. si q̄s ad declinandā. C. de epi. & cle. & licet prima opinio sit magis pia tñ secunda non est condemnanda.

6 Quot testes requiruntur in legatis vt valeant. Vide infra. Testamentum. §. 5.

7 Vtrū legata facta ad pias causas sine institutione hæredis valeant? ℞. Pa. in c. indicāte de test. q̄ si noluit mori intestatus, nō valent. instit. de leg. §. an hæredis, sed vbi quis eligit mori intestatus, sic valent nedū legata ad pias cās sed quęcunque alia legata, & in dubio vr̄ voluisse mori intestatus qui facit talia legata, quod probat tex. d c. indicante, & facit quod legitur & no. in l. 2 ff. de iure codicil.

8 Vtrum ex defectu testamenti vitietur legata ad pias causas? ℞. Pa. in c. indicante q̄ non fm vnā opinionem, vt no. in l. 1 C. de sa. san. ec. & in l. eam quam. C. de fideic. Facit pro hoc qd̄ no. Bar. in d. l. 1. & Bal. in l. illa institutio. ff. de hr̄di inst. qui tenent q̄ cum quis reliquit sua respectu piæ causæ dispositioni Titij q̄ valeat, licèt non valet testamentum quando hæres ponitur in voluntate alterius. de quo ȷ̄. Testamentum. §. 18. ratio diuersitatis est quia talis cuius arbitrio cōmittitur hēt regulam iuris diuini humani, & gentium limitans eius volūtatē, quæ est vt piæ omnibus deo, & religioni debeātur, & ad redimenda peccata. 13. q. 2 animę de pę. di. 2. medicina. Et iō aliud non pt̄ facere, sed in prophanis nulla est regula limitans, & ideo posset aliud velle q̄ testōr, & ppea cū voluntas testatoris sit in certa iō est captatoria 1. adulatoria seu deceptoria secundū gl. in c cū tibi de test. Aduerte hic fm Bart. in sua minorica, q̄ aut testōr voluit vt testm̄ valeret iure directo testi & non aliter, & sic testm̄ est nullū qa istituit hęredē icapacē, hęres ad quē venūt bona no tenet in ɔ̄sciā, aut voluit q̄ si non iure testi saltē valeret iure codicillorū, & oi alio mō quo posset. Tūc ille ad quē bona puenerūt tenet in cōsciā implere legata de'uncti, & sic est ꝓsumendum, nisi qñ testator prouidit sibi, puta aliū substituendo, vel qñ ordinauit qui dñedum si qd̄ ordinauerat non habebit effectum. Facit l cū proponas. C. de hęr. inst. Idem dic fm Bar. in l. in testō. ff. de fideic. liber. & Pa in ca. 1. de suc. ab inte. qd̄ licèt voluntas defuncti nō fuerit perfecta rōne publicationis, suit tñ perfecta rōne volūtatis, vtputa qa testm̄ manu sua conscripsit volens postea redigi in publicā formam, sed morte vel furore pventus non potuit, q̄ nihilominus hæres tenetur. Idem dic si incepit facere testamētū nec potuit complere, q̄ legata facta valent quia non pt̄ negari quin sit perfect⁹ ɔ̄sensus rōne voluntatis, licèt non rōne operis. Idem Bar. in l cum quis. C. de iu. & facti igno. tenet q̄ si testamentum est nullū, quia deficit volūtas defuncti, vel qñ ē nullū ex præteritione hr̄dis ignorādo, q̄ eum habeat, sic legata non debentur, quod limito nisi sint talia, quod si etiam sciuisset se habere filiū fecisset. 17. q. 4. c. si. sed qñ testamentū est irritū ex præteritione vel exhæredatione nihilominus debētur legata omnia, vt in aut. ex cā. C de lib. præt. Similiter qñ est nullū qa nō sūt testes sufficiētes, vel deficit aliqua solēnitas iuris ciuilis, tūc qñ ɔ̄stat hr̄di de volūtate defuncti, vel p duos testes potest probari, obligāt naturaliter iure

a Autoritate superioris] Vel iuris secundùm gl. in d.l. legatum. Quod enim ius pmittit, & princeps permittere videtur. l. 1. §. 1. C. de ve.iu. enu. & dicit Bar. l. legatum, ff. de vsu fru. leg. si relinquitur centum pro missis cantandis si extat interdictũ ante non possunt cantari, & fiet cõuersio ad alium vsum.


b Et non fiet cõuersio] Hoc tamen videtur cõtra tex. in d. l. legatũ vbi legatũ factum ad opus illicitum cõuertitur ad opus licitum, nisi intelligas quod illud opus erat de se licitum sed iure illicitum, vt videt hic intelligere Aug. & hoc videtur pbabile qa honor testatoris fuit causa principalis talium ludorum.

iure gentiũ ad implẽdã voluntatẽ defuncti quod no.

9 Quid si hęres renunciet hæreditati, vel nõ vult adire. ℞. Pa. in c. relatum, el 1. de test. quod nihilomin' legata ad pias causas valebũt quia non subijciuntur talibus solẽnitatib. iuris ciuil.

10 Vtrũ legatum ecclesiæ ædificandæ seu monasterio debeat solui cum fructib' intermedij tpis? ℞. Pa. ĩ c. nos quidẽ de testa. ꝙ sic vt consuluerunt Bar. & Fran. de Alber. quia tex. præfati. c. nos dicit qđ relicta ecclesiæ construendæ debent solui sine diminutione, facit pulcher tex. in l. si ita relictũ. § pegasi' ff. de le. 2. vbi dr̃ ꝙ si relinquit̃ prędium in certũ diẽ, puta post 10. annos, vel cum legatarius erit pubes debetur prędiũ cũ fructib. intermedij tpis si dies fuerit apposita fauore legatarij, sic in casu nostro dies apponit̃ fauore ecclesiæ vel monasterij, quia si fuisset constructa tempore testamenti legasset simpliciter, & nõ in diem quod benè not.

11 Vtrũ legatũ ad certum vsum possit ad aliũ ꝯuerti? ℞. Pet. de Peru. vbi s̃. Aut ipse vsus p̃t impleri de iure, & de facto, puta qa legauit qs vt monasteriũ fiat in tali diocesi, eps est contentus, & sic licet de iure, de conse. di. 1. nemo, nullũ est impedimentũ in facto, qa est pecunia & cætera necessaria, nec qđ aduersetur, & sic p̃t fieri de facto, & tũc dico qđ non p̃t ꝯuerti in alium vsũ, & iste est casus. d. c. nos quidẽ & ff. de admi. re. ad ciui. p ti l. 1. & de hoc ẽ casus in l. nulli. C. de epi. & cle. imo si per legatariũ non impletur tale legatũ redit ad hæredẽ, & p hoc est casus ĩ c. cũ dilecti filij de don. facit ꝙ no. de cond. appo. c. verum. Et hęc intellige vera, nisi legatis ad pias cãs, vel nisi interueniat dispensatio Papę vel alteri', vt j. dicã. Aut ille vsus põt impleri de iure sed nõ de facto, puta pp guerras, vel qa pecunia est modica, vel non est loc' in ecclesia vbi legatur pro capella fienda, & hmõi, & iste casus ẽ in l. legatũ municipio pecuniã. ff. de admin. re. ad ciui. perti. & in d. c. nos quidẽ ibi impleri non põt, qđ verbũ ẽt intelligit̃ de impotentia facti, de rescriptis. c. sciscitatus, & tũc p̃t fieri cõmutatio autoritate supioris a ẽt si in testamẽto sit clausula qđ non possit ꝯuerti ad alium vsum q̃ deputatũ, rõ qa voluntas testatoris dẽt interpretari secundùm ius cõe vt res magis valeat q̃ pereat. c. Abbate de ver. si. & ideo cũ de iure cõi possit in aliũ vsum conuerti, non obstabit talis clausula, & ex his dicit Gu. in Spe. ti. de ed. ct. instru. in S. nunc aliqua, qđ si mihi legat̃ vt vadã vltra mare, & nullus audet ire, ꝙ consequar legatũ licèt non vadã, dummõ vadã ad similẽ locũ. Similiter si testator legat p labore itineris vel pniæ sibi iniunctæ, vt vadã Romam; & pp impedimentũ nõ possum ire, qđ cõsequor legatũ, dummõ vadã ad locũ similẽ. d. l. legatũ, excipit̃ qđ legatur p suc cursu terræ sanctæ, qa si nunc nõ possum, expectabit̃ tẽpus & seruabitur legatũ. c. magnę. de voto. Lud. de Ro. in no. dicit quod legatum factum pro calice vel reparatione ecclesiæ si ecclesia non habet opus de hoc poterit per epm solũ fieri cõuersio in alium vsum pium. Aut vsus potest impleri de facto sed non de iure, & tũc aut hoc ẽ, qa non est ad aliquẽ finẽ honestũ, puta legat qs centũ vt fiat ludus theatralis in ecclesia, q est illicitus de iure. c. cũ decorem de vi. & ho. cler. & sic legatũ inutile est, & non fiet conuersio. b ar. eorũ q̃ no. in gl. in l. 1. ff. de cond. instit. vel non p̃t fieri de iure, non qa non sit ad finem honestũ, sed qa ius prohibet, & sic fiet conuersio in alium vsum honestũ, vt est casus in l. legatũ ciuitati. ff. de vsuf. leg. & sic intellige c. nos quidem in verbo nõ põt impleri, s. de iure. Exẽplũ, testator legat quod prædicatores, & minores se cõferãt ad habitandũ i suis domibus, & celebrent ibi diuina pro salute animæ suæ, de iure hoc nõ potest fieri. c. vnico de excep. præla. li. 6. cle. cupientes, de pœn. tamen vsus est honestus, quia pro a i ma & laude diuina. Similiter legat vt fiat ecclesia in tali loco, non potest fieri pro-



pter priuilegium quod habent prędicatores,& minores & huiusmodi, & ideo fiet in loco congruo, & honesto, facit ad supradicta quod supra dixi Donatio. 1.§.47.

12 Cuius autoritate fiet talis cōmutatio? R. d.Pe. vbi s. qđ si non iubelt cā, puta, qa pt de iure & de facto ipleri, tunc solus Papa pt.l. legatā ff.de admi.re. ad ciui. perti. & cle.qa cōtingit de reli.do.Si vero iubelt cā legitima pt diœcesanus ēt si potest implere de iure & de facto,nisi testator prouidisset qđ sit fiedū de legato vsu non impleto.qa si puidisset non posset fieri cōmutatio,vt no.Bar.i l. liberto §.Lucius,& ibi tex.ff.de an. l. & quod eps ex causa legitima posit cōmutare i aliū pium vsum. [a] facit qđ no.d.Ant.in c.vera,de cond.app.vbi vult qđ non obstante phibitione testatoris nē alienetur, nihilominus pt in magis piū. Vide s.Donatio.1.§.1.Idem tenet Roge.& Hu.Itē Ang. & Imo. in l.1.ff.de const. princ.vbi volunt quod iusta subsistē te necessitate pōt relicta p testatorē in alium vsum quertī,vt nota per Bar. [b] per illum tex.in l. fin.ff.de ope.pub.& in d.l.legatam. Ex qb' conclude, q voluntas, & legata testatoris circa pias causas possunt sine causa etiam per Papam mutari in alium vsum pium & per episcopum causa subsistente solū,quan uis alij cōiter teneāt contra de episcopo,[c] in Clem.quia contingit,quam limito quādo sine causa vult fieri commutatio, quia tunc pertinet ad solum Papam, aliás non. facit quod infra dico.§.17. facit p hoc qđ dicit Lud.de Ro.vt s.no.in §. præcedenti.

13 Quęritur vtrum in tali commutatione requiratur consensus hæredis grauati? R. Pe.vbi s. q si non potest ipleri de iure vel de facto, reqrit ɔsensus hęredis grauati & ecclesię cui fit legatum, & ita loquit.l.legatum,ff.de vsuf.leg.& similiter dic qñcūque ex cā legitima dēt fieri commutatio.

14 Quid si dubitetur an fit causa legitima, vt fiat cōmutatio,vel ecclesia cui legat aut hæredes non consentiunt in commutatione? R. Pe.vbi s. quod solus eps poterit.C. de nu.l.1.& si ecclesia cui legat consentit, vt fiat cōmutatio & hęredes ɔdicunt,nihilominus eps fauebit ecclesię legatariæ fauore voluntatis defuncti adimplendæ, & non hæredi,& iste est casus in d.l. legatū. Fallit hoc in legato p monasterio fiēdo qđ sine ɔsensu hęredis no pt cōmutari,nisi fuerit negligēs, qa tunc ēt sine eius ɔsensu pt episcopus elapso termino d.ca.nos quide.

15 Qui potest suū officiū impendere, vt legata suū consequant effectū? R. Pa in d. c.nos,quod ēt iudex sæcularis ēt in legatis ad pias causas,elt tex.in aut. de ecc.tit. §.si quis ædificationē:, similiter tā sæcularis q̄ ecclesiasticus potest compellere vt legata soluantur, quæ fiunt non certæ personæ,vel si certæ,tñ talis ęlt qđ non pt in iudicio petere,vt sunt fratres minores.d.§.si quis,secus esset si non ad piam cām fit legatū & certæ psonæ factum, tunc qa oport tet qđ solū ad instantiā partis compellat.

16 Vtrū eps in legatis ad pias causas possit se intromittere? R. Pan.in c.si hęredes, de testam.quod si testator prouidit sibi de executore,non pot est nisi in defectum, vt supra.Executor.§.11.& in c tua nos,de testamen.& in auth.de eccle.ti.§.si quis pro redemptione. Si verò testator non prouidit sibi de executore,tunc in legatis pro redemptione captiuorum, & pro alimonijs pauperū prouidebit episcopus, vt in d.§.si quis autem pro re.& l.nulli. C. de epis.& cle.In alijs autem hæres.vt in d.c. si hæredes,& c.tua.& c.nos de test.nisi in negligē tiam.vt supra.Executor.§.11.

17 Vtrū legatū factū p construendo hospitali pauperum,in quo poneretur rector ad arbitriū certi pręlati possint hæres mutare in ędificationem monasterij religiosorum? R. Lapus Abbas in Cle. quia contingit.de religio.domi.vt refert do.Ant. in d. c.nos quidem,quod Io.And. cum quibusdam

a In alium pium vsum] Vide Pan. in d.c.verum,vbi dicit q si imminet necessitas potest fieri alienatio,& si aliter sensisset testator reputaretur alienus a mēte cum instāte pia necessitate dubitasset ipse hoc facere.c.sicut ij. 47.dist.ca. pascę. 86. dist si verò aliter necessitati piè prouideri poss t tunc pium esset seruare voluntatē testatoris,& sic p cederet opin. eorū qui tenēt contrarium secundū d.Car.Alexādrinum in d.c.verū in 4. col.in h.

b Verso.p Bar.] vult enim ibi qđ episcopus possit conuertere relicta pro co struē da ecclesia vel monasterio in ecclesiam vel monasterium iā factū quando sunt multa monasteria vel ecclesiæ.

c Contra de episcopo] Vide per Pa.& Car.Alexādrinum in d. ca. verum vbi concordat opinion. docto.

a Sed contra videtur] Hoc opi. tenet domi. Car. in d.cle. quia cō. tingit, & in d.ca. nos quidem.
b Gof.] In sum ma. de of. leg. in princ. idem Hos. eo.ti. §. 1.
c Vices Papæ] vide c. cum venerabilis, de consue. & c. mandata de præsump. Spe. ti. de leg. § 1. vers. patet. & §. nunc ostēdendū, vers. legat⁹ igitur, & est maior oibus post principē in sua prouincia. l. & ideo de of. p cō. & leg. l. 3. de of. præf. c. si abbatem, de ele. in 6 Item legati dici possunt super illustres Spec. de inr. om. iud. ver. ſm canones.
d Per literas] Cardinali asserti se fore legatum creditur. c. nobilissimus in d. a gl. 93. di. non tamen creditur ei dicenti se habere concessa ea quæ sunt reseruata nisi p. bet. vt no. in c 1. de of. leg. li. 6. Et hic dicit expressè. Pa. in c. quod translationē, ad finem. eo. ti. vide Spe. ti. de lega §. super est. versic. sed nullus legat.
e De quibus] De materia istius. §. vide latè Ho. de of. le. §. 2. & Spe. ti. de leg. § 3.
f Maximè hodie] Idem Ho. in sum. ti. de of. le. §. 2 ver. sed Romana vbi vult Romanā curiam solùm appellare Cardi. de latere.
g Quod nō] Sed hī legati de la

dam iuristis cōsuluit q sic cum licentia ep. et contra dicente illo prælato, qa q melius facit non aliud sed idē facit. c. peruenit el. 2. de iureiu. sed plus est ecclesiā religiosorū facere quā hospitale. Facit c. scripturę, de voto, & regula pl⁹ semper, de re. iu. li. 6. ergo &c. Sed q videtur. a 13. q. 2. vl. voluntas de cele. mis. cum Marthæ. cū si. vbi patet qd' voluntas defuncti pro lege debet seruari, ergo forma mandati debet diligentissima accuratiōe seruari, nec eo casu plus continet in se qd' est minus, vel cōrio, de præb. cū de beneficio. li. 6. ad hoc? ℞. d. An. quod ista sunt vera in materia odiosa vel ambitiosa, & sic restringibili, de prēb. q̄uis. li. 6. sed opinio Io. An. loquit̄ ī materia fauorabili, & maximè animæ defuncti i qua fit plena interpretatio. c. cū dilecti, de don. vnde verisimiliter præsumit̄ quod defunctus non contradixisset demonstrādo sibi visum vtiliorē, facit ad hoc qd' not. Bar. in l. fi. ff. de ope. publi.
18 De cautela dāda illi q vult legare pro anima, & ti met parentes. Vide infra. Pactum. §. 14.

LEGATVS est cui a Papa certa patria vel prouincia committitur gubernanda secundū Gof. b vnde gerit vices Papæ. c & est ordinarius in prouincia. capitu. legatos. de officio. legat. lib. 6.
1 Quomodo faciet fidem si requisitur? ℞. q per literas d suas. l. vnica. C. de mā da. princip.
2 Quot sunt species legatorum? ℞. duæ, quidam sunt impropriè legati nuncij & non iudices, & sunt illi q sæpe mittūtur a Papa pro ambassiata, vel ad aliquod nudum ministerium exercēdū, de quibus e di. 1. iugentium & 97. c. nobilissim⁹. & quasi per totum, & istos qui impedit debet tradi hostibus vt sit seruus, l. vlt. ff. de legationibus. Et ibi loquitur de legatis quorumcunque etiam hostium, & tn canones sunt excommunicandi. 94. dist. ī qs ita no. gl. in d. c. iugentiū. Quidā sūt legati iudices quos Papa facit ordinarios in certa prouincia, & de istis loquit̄ diffinitio pmissa & titul⁹ de of. leg. & isti sunt in triplici differētia. Primi sūt legati nati qa nati in sua dignitate efficiūt legatus Papę vt Archieps Cantuarien. q eo ipso q Archieps est legat⁹ est Papę, vt in c. 1. de of. leg. & isti dñr legati rōne dignitatis. Secundi sunt legati de latere, vt sunt illi q mittunt̄ de curia Papæ et si nō sunt Card. ſm gl. in c. pe. de of. lega. Sed Pa. in c. 1. e. ti. tenet & benè quod solū Cardi. dicuntur legati de latere, maximè hodie. f Tertij sunt legati qui nec sunt de latere, qa non Cardi. nec sunt nati, qa non in tali dignitate, & sunt illi q. bus Papa committit legationis officium in aliqua prouincia vel sua vel aliena, vt in c. volentes eo. ti. Et tales dicuntur legati rōne personę nō ratione dignitatis vt primi:
3 Vtrum legati nati vel ratione personæ habeant iurisditionem in exemptos? ℞. Pa. in d. c. 1. quod non, g & probatur in ca. 1. de verb. sig. li. 6.
4 Vtrum possint prædicti legati absolue re pro iniectione manuū violenta in ecclesiasticū? ℞. q legati nati non possunt, nec ī prouincia nec extra, nec subditum, nec extraneū. Rō ſm Pa. in c. pe. de officio legati, qa clerici perderent priuilegiū. c. si qs suadente. 17. q. 3. cum nullus haberet ire ad Papā pro absolutione, eo quòd dignitas est perpetua. Intellige ſm Pa. ibidem de iniectione a qua episcopi non possunt absolue re, qa ab illa a qua episcopi absoluūt multo fortius ipsi cū sint ordinarij. Legati verò ratione personæ possunt absoluere subditos existentes in prouincia, similiter extraneos in sua prouincia delinquentes & existentes, subditos verò suos extra puinciam suā non pñt absoluere, ſm gl. & cōiter do.

in d.c.penul. nec ēt de consensu iudicis illius ꝓuincię ſm Pan.ibid. sed Io.Mo.& Io.An. quos sequitur. Ge. in c.1.[a] eod.ti.libr.6.tenet qđ pñt, & magis placet[b] hęc opinio. Subditos etiam suos in sua prouincia q̃ extra prouinciam iniecerunt manum violentã in clericum ſm Ho.non pñt absoluer̃.sed Spe.recitat aliquos tenere quod pñt, & mihi plus placet, sicut pñt ẽt eos punire de delicto extra cõmisso, extraneos verò aliũde venientes ligatos absoluere non pñt. Legati verò a latere pñt absoluere quoscũque tam in prouincia eis decreta q̃ extra, tam subditos q̃ extraneos ſm gl.[c] in ver.mittuntur,& communiter doc.in d.c. pa. Ho.tñ ibidem[d] limitat non habere locum cum iniuria est enormis, quia reseruatur Papę allegat.c.si verò,& c.cum illorũ de sen.excõ. cũ si. Sed tu tene ꝙ pñt etiã in enormi secundũ Io. And.[e] Iura verò excipientia enormẽ iniuriã non loquuntur ĩ legato a latere, sed ĩ alijs inferioribus,& hoc sequtur Arc.in c.1.de of.le.lib.6.& communiter doct. in c.ad eminentiam de sen.ex. Fallit hoc in duobus casibus. Primus quando sunt in p̃sentia Papæ. Secũdus quando sunt reuocati ante regressum ſm Pa.in ca.pe.de offi.legat. quia tunc absoluere non possunt.[f]

5 Quid possunt facere[g] dicti legati, vide in c.legatos de of.lega.lib.6.& quæ nõ possunt[h] facere habes in gl.c. ꝙ translationes.de offi.leg.& in multis.c.li.6. eodem ti.quæ omitto cum hodie illi qui habentur in vsu legati multa possint ex speciali concessione, quæ ex eorum literis potiusquàm ex doctrina cognoscitur.

6 Verum legatus possit ꝓcessum delegati impedire, aut eius sententiam irritare? ℞. ꝙ non.c.studuisti.de officio leg.nec similiter potest absoluere excõicatos, vt a Papa vel eius delegato[i] di.c.studuisti.

7 Legatus an possit absoluere excõicatum a se in sua prouincia extra prouinciã existens? ℞. secundùm Inno[k] ꝙ sic, si non sit reuocatus in foro pœnitentiali, sed in foro contentioso nõ nisi reuertatur in prouinciam.intellige nisi egressus esset cũ aīo non redeundi, quia sic expirat legatio.

8 Qui de impedientib'[l] legatos vel nũcios Apostolicos nè exerceãt eorũ offi-

tere vt probatur in c.si abbatem,de elect.li. 6. & idẽ tenet Pa.in c.quod translationem ad fi. de offi.lega. Idem Spe.ti.de leg.§.superest.vers.quid si delegati.

a Ge.in c.1.]Super gl. 3.ver.in ea.gl.ibi absoluẽdo. Dicit quod licèt regulariter legatus vel proconsul. non habeat, iurisditionem extra prouinciam. l.4.ff.de offi. ꝓc. & lega Fallit in hoc casu fauore animarum vt liberentur. Quia credit verũ in excommunicato ꝓ violentã manuũ iniectione in clericũ. In alio verò distinguendũ esse credit vt per Io.An.ibi.s. si requiratur cãæ cognitio nõ potest secus si causæ cognitio non requiritur.

b Et magis placet] Etiam Pa.in d.c.pen. vlt.col. ver. 19.casus dubius & probat ꝑ gl.no.in ca. placuit primo. 16. qõ. 1.qui voluit quod delicto cõmisso extra parochiam potest sacerdos absoluere parochianum suum, & ꝑ multa alia.

c Secundũ glo.] Dicit Pa. ibi esse menti tenẽdam, ꝙ legati Cardinales post quam egrediuntur vrbem Rumanã donec in vrbem reuertuntur beneficiũ absolutionis quibuscunq; possunt impendere, & ita dicit de facto seruari, & hoc in fauorẽ animarum.

d Ho.tamen ibidem] Et Spec.in ti.de legat §.nunc dicamus.

e Secundùm Ioan And]In cap.ad eminentiam.ibi alij doct.de senten.excom.& Pa allegat.in d.ca.pen. vbi adducit.c.quod translationem.de offic.lega.vbi text. innuit quòd potestas reseruata Papæ circa absolutionis beneficium competit hodie legatis Cardinalibus.

f Quia tunc absoluere non possunt] Pa.addit aliam limitationem, s. ꝙ Cardinalis legatus non absoluit excõicatũ a Papa vel a delegato papę, quia in istis exorbitantib.& prohibitis nõ fit extensio de vno casu ad alium.vt in d.c.ꝙ translationem Absoluet ergo tantũ excõicatos pro iniectione manuum violenta &c.

g Quid pñt facere]Potestas legati de latere ẽ magna, & amplissima potestati prĩcipis seu papæ equiparata text.ẽ iuncta glo.in ca. nobilissim'. 97. di. Quę dicit vbi legatus de latere aliquid facit iure legationis principi equiparandus est. Et sic intellige Spe. ti. deleg.§ superest ver.quid si delegati iurisditio, valet vt ẽt ei' legati oraculo viuæ vocis credat, & in tit. de teste. §.1.versi. quid si aduocatus.

h Et quæ nõ possunt]Spec. tit.de leg.§ nunc ostendendum.Quę nõ possit facere legatus.Enumerat quæ sũt ſpãliter papæ reseruata. Et vide Ho.e.ti in §. quid pertineat per totum. Quid aũt possit facere vide spe.eo.ti.§. superest.

i Vel eius delegato]Vide supra §.4.i fi.post li. & Innoc.in ca.ꝙ translationem. de offi. deleg.

k Rñ.ſm Inno.] Vbi Inn.hoc apertè dicat nõ inueni.potest tamen elici ab eodem in c. nouit.de of.le. Sed hoc in specie ponit spe.ti.de lega. §.nunc dicamus ver.quid si legatus existens.

l Impedientibus] Si legatus in itinere derobatur. Mittens tenetur ad emendam.tex est in l si pecuniã. §.fi.ver.nisi fortè.& ibi Ang. no. de condi.causa data.Et allegat Innoc.in c.sicut de iureiurand.De quo etiam per Spe.tit.de iudi.§.specifica.ad fin. Ponunt canon.

cano. in ca. cum pro causa. de procurato.
a Legitimatio] Potest pater filiũ legitimar' vel legitimum facere, hoc acto, q̃ i certa tantum parte succedat d. Ant. in c. per venerabilem, qui fi. sint legi. 18. col. ver. sed est dubium an pater &c. Et refert ita tenere Bar. in l. quęsitũ. ff de adop in reportatis antiq'. per tex. in c. 1. de fi. na. de matri. i vsibus feu. Paul. de Ca. in l. pactũ. C. de collat. Vbi dicit se ita cõsuluisse. s. q̃ valeat legitimatio vt filius succedat in eo qđ patri placuerit &c. Et ista dicitur dispensatio magis quam legitimatio, cum nõ sit quoad omnia legitimatus. per id quod no. Bar. in l si is qui pro emptore. ff. de vsuca. dũ tractat de fictiõe in ductiua, & ita dicit Pau. de Cast. se inuenisse consultum, per Rai. de Forl. in ciuitate Pisarum, & tenet Ludo. de Ro. in d l. pactum, & in l. qui superstitis. ff. de ac. hær.
b Seruitio curię ciuitatis] Filio legitimatio per traditionem curię non potest pater plus relinquere, quàm relinquit vni filio legitimo & naturali. Vnde stante statuto q̃ filia fęmina dotata non possit plus petere &c non poterit pater filio pl'

cia? R̷. excõmunicati sunt ipso facto. & terrę, regna, vel loca prædictorum sunt interdicta tandiu quandiu in cõntumacia perstiterint eorum domini. c. super gẽtes & regna. de of. legati. li. 6. extrauagans est.

LEGITIMATIO a filiorũ illegitimorum quot modis fit? R̷. 11. modis. Primus qñ pater offert filiũ naturalem tantũ non habens filios legitimos inter viuos seruitio curię ciuitatis b ex qua est oriundus, vel si pater est oriundus de veteri Roma s. Cõstãtinopoli. vel noua offerat eum curiæ cuiuscunque ciuitatis metropolis, vt inst. de nupt §. vl. c Secund' quando pater offert eum imperatori, & fit curialis, in aut. quib' modis natura. effi. sui. §. si quis igitur. 2. Sed iste non succedit agnatis ascẽdentib. vel descẽdentibus ex latere patris vt ibidem. Tertius quãdo pater filiam suam naturalem in matrimonio copulauerit officiali curiæ ciuitatis, de qua est oriund' vel si pater est oriundus de veteri vel noua Roma copulet officiali ciuitatis metropolis. vt. C. de natura lib. 3. § fi. Quartus qñ nullo alio legitimo existẽte vel si existit non ꝯdicit sed cõsentit fili' naturalis patre defuncto confert seipsum curiæ isto mõ, vadit ad regimẽ ciuitatis, & dicit vos egetis tali officiali, ego offero me curiæ & seruire in tali officio, si curia recipit eum legitimus erit vt in d. §. si q̃s igr̃, & intellige tales filios naturales ꝑ talẽ oblationẽ legitimatos, vt succedat patri ab intestato, non tamen alijs cognatis ex parte patris nec ipsi eis, vt in d. au. §. filiũ verò. Quintus qñ pater deficiente prole legitima offert principi ꝓces pro filij naturalibus, vt sint filij legitimi successores ẽt sine matrimonio. dũ tñ priceps ꝓces admittat. d. au. §. illud tñ. Sext' d qñ pr̃ in testõ dicit eum sibi velle succedere si tñ filius post mortẽ patris principi supplicauerit, & testamentũ ostẽderit, tũc .n. dono principis, & legis hæres erit legitimus dũmõ voluntatẽ patris sequatur. vt in d. aut. §. si verò his q. Septimus e qñ pater in extrema voluntate nominat filium & hæredẽ instituit, C. de natura. li. auth. item si quis quod limita secũdùm quod in casu sequẽti. Octauus qñ i publico instrumẽto. s. scripto per notarium, aut ẽt si sit scriptum ꝓpria manu cũ subscriptione testium, filium naturalem nominauit filium, nec adiecit naturalem sed Bal. in ca. in notuit de electio. tenet q̃ oportet addat suum, quasi dicat in sua potestate. & sic legitimum, nec sufficeret sola nominatio ẽm Bal. ibi & si sunt plures filij naturales ex eadem matre nati, licẽt testimoniũ tãtũ dederit vni, tñ oẽs erũt legitimi. Et hoc itellige qñ ꝑles legitima nõ superest ẽm gl. i c. ꝑ tuas q fi. sint le. in ver. filiũ quã sequũt cõiter do. Non' qñ pr̃ filiũ ex ꝯcubina noĩat filiũ legitimũ. ẽm d. Anc. in d. c. per tuas, qđ intellige si mr̃ talis est quod potuit esse vxor sua quando generauit, v' in auth. vt licet ma. & auiæ. §. ad ho. Rõ ibi ponĩt, quia ex tali nominatione vr̃ testimoniũ perhibere, quod cum matre legitimũ habuit vel habet

relinquere. ita Ang. in § & quoniam variè, vbi text sing in a it. quib' modis natu. a. effic. sui. Et idem not. Bal. in c. p tuas de maio. i & obed. sequitur Alex. in l. ex facto § si quis rogatus pe col. ff. ad Treb. & in l. necessarij, ff. de acq hæred. Iaso. in l. 1. C. quãd nõ petent par. Fallit an ea qui legitimatur. vt ibi per eum.
c Vt isti de nup. § vl.] Et Hosti. § vlt. in ti qui fi. sint leg. ponit aliquos ex istis modis, quib. legitimantur filij Appellat nouã Romam Constantinopolim.
d Sextus] Bar. in d. aut. dicit ibi ẽ sa casum q̃ legitimatio põt fieri perprocuratorẽ. Ad hoc ẽt quod no. Bar in l. Gallus. § forsitan. de lib. & posthu.
e Septimus] hoc dicit Bar inquadam disputatione incipient hãs filium. sequitur Car. Alex. i c. per tuas. qui fil sint le. vbi latissimè in hac materia, & benè nec ob. si diceretur. qđ ex quo per hac modum de facili ꝑt q̃s legitimari q̃

habet matrimoniũ, ex quo concludo ꝙ si mater vel ipse alium accepisset in coniugiũ viuentib. ipsis non legitimaret talis nominatio. ꝙ no. benè aliàs sic, & si ex alia vxore haberet filios venirent isti cum illis, & similiter si post. Decim[9] [a] quando pater contrahit matrimonium cum illa, quæ est mater filiorum naturalium ipsius patris, de quo dic vt supra. Filius. §. 11. Vndecimus [b] quando legitimetur per Papam Imperatorem aut principes qui non habent superiorem, aut habẽtes [c] potestatẽ ab eis, & de prædictis vide ĩ c. per tuas. per Do. ibi qui fil. sint le.

1 Verum papa possit taliter legitimare vt succedãt in hæreditate, & admittantur ad alia temporalia? ℞. Pan. in ca. per venerabilem qui fi. sint leg. Varia fuit opinio. Sed in prædicta seruatur opin. Io. & Ber. idem scilicet quod non potest [d] in terris sibi non subiectis, maximè quando tales sunt adulterini vel incestuosi, & pro hoc est bonus text. in capitul. dicat aliquis. 22. q. 4. & in c. vnico. 35. q. 7. sed quò ad spiritualia [e] non est dubium.

2 Vtrum illegitimus sed legitimatus persequẽs matrimonium sit legitim[9] quò ad omnia? Respond. secundùm Panormit. [f] & glo. in c. qui tanta. qui fil sint leg. quòd sic, & licèt dom. Ant. ibidem teneat quòd non in statutis, quia statutum non comprehendit fictum. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. ge. & sic isti fictè sunt legitimi propter verbum habeãtur qđ est verbum fictum, tamẽ magis placet prima opini. quia quando verbum habeantur, profertur ab habente potestatem, paria sũt dicere habeantur pro legitimis, & sunt legitimi. [g] Facit. ca. ex parte, de spon. & quod dicit Bartol. in l. si is qui pro emptore column. 22. versicul. pone ergo statuit ciuitas ff. de vsucap. & in l. si maritus, la. 2. §. legis Iuliç, ff. de adulterijs. vbi vult quod dicere habeantur pro ciuibus ab habente potestatem. Idem est ac quòd sint ciues. & sic tene.

ꝗlis legitimatio non sit vera cum hoc ad solũ principem pertineat, c. per venerabilem, qui fil. sint le. Quia in isto casu & nono, oportet ꝙ mater filij posset esse vxor patris. vt dicit Car. & d. An. de Rosellis in tra legitimationum quæst. 30. vide Pau. de Castr. consi. 31 incipit præsupposito succintè, & dicit Baldus in c. illud de præsumpt. si pr pp aliquod crimen non poterat ꝯhere cũ matre talis filius non põt legitimari ergo in isto casu & nono præsumitur patrẽ ꝯxisse matrimonium cũ matre secundũ Car. vbi supra.

a Decimus] Et hoc verum etiã si in articulo mortis quis contraheret cum cõcubina sm Io. An. in d. c. tãta, & refert Ca Alex. de facto vidisse hoc fieri etiam si nulla subesset spes prolis dummodo hoc non deducatur in pactũ iuxta. c. si. de con di appositis. Valebit matrimonium & de hoc per Ca d Ale. in 3 col. ver. C pro gl. Et quæro. pri [illegible] filij sint leg. dic vt ibi.

b Vndecimus] vide in c. per venerabilem. qui fil. sint legi. in auth. qui. mod. natura. effi. sui. per totũ.

c Aut habentes] Vt comites Palatini quibus Papa vel Imperator cõmiserit. Not. Pau. de Castr. consil. 525. in princip. In hoc in c. cum. P. tabellio de fide instrument. Bald. in l. rescripta. C. de preci. impe. offe 2 colum. & in l. 2. 19 quæstione. C. de ser. & aqua. De alijs autem quibus conceditur hæc potestas, vide no. in d. ca per venerabilem vbi ample de materia. Aduerte tamen ꝙ si filius legitimus propter ingratitudinem venit in [illegible] sicut tenet sing Bald in c. 1. § filij nati in [illegible] cortro. inter do. & agna. vel filius emancipatus veniat in patriam potestatem. l. 1. C. de in gra. l. nõ potest per talem comitem legitimari vel emancipari sine licentia Imperatoris. l. 2. C. de lib. & eod. lib. Quantum attinet ad materiam nostram vide istos. 11. modos legitimandi. Car. Ale. in d. ca. per venerabilem in. §. ꝙ autem. 5 col. versi. Quæro enim principaliter & plures modos ponit Ange. con. 17. Incip. Comes. Paul. de Castr. consi 84 præsupposito. Vide etiam Ang consil. 20. In concubinatu nati &c.

d Quod non potest] Ista est alta subtilis quæstio ĩ qua scribit Cardin. Ale. in d. ca. per venerabilẽ. §. ꝙ autem super glo. 1. per. 14. Vide ibi latissimè. Pa. autem supra d. gl. 5. recitat. 5. opin. & finaliter cõcludit vt hic.

e Sed quò ad spiritualia] Legitimatio maior est quã dispensatio sm Bald. in ca. ꝙ trãslationem de of. lega. vnde infert ꝙ in terris papæ non potest fieri legitimatio idest venia natalium nisi per solum papam. de quo per scribentes in ca. per venerabilẽ, qui fil. sint leg. vide Barba. in d. c. ꝙ trãslationem.

f Rñ. Pa.] In no. 3. no. vbi allegat etiam d. Anto. tenentem contrarium in repet. r. per venerabilẽ in 20 col. qui fil. sint leg. vide Alexandrinum ibidem. 3. §. ꝙ autẽ. 47. col. versi. sub hac qõne. Et an legitimati ꝑ matrimonium comprehendantur sub statuto, allegãt multas remissiones doct. vt ibi per eum, vide Inno. in l. Gallus. §. si eius. ff. de lib. & posthu & alios ibi.

g Et sunt legitimi] Vnum tñ scias ꝙ legitimati per subsequens matrimonium non modo filij sm Ang. in consi. 20. Incipit in concubinatu nati legitimantur, & iura suscipiunt legitimorum, quoad ipsos matrimonium contrahentes, sed etiam quoad ascendẽtes & descendentes transuersale. d c p. tanta. qui filij sint legitimi instit. de nupt. §. fi. l coniun. l. cum qs & l. seq C. de natura. ibi. siue tempore quo contrahit matrimonium alij supersunt naturales, & legitimi, siue nõ. Et hic modus legitimandi vere cæteris potentior est in effectu, & alijs procul dubio laudabilior.

a Succedet in feudo] opi. Bal. sequitur And. de Iser. in d. ca. naturales. Idem Host. & Bal. dicit quod ado ptati non succedunt in feudo in ca. adoptiuus. h de feu. su controuer. Contra tenant communiter doct. de legitimato per matrimonium, vt hic dicitur, ita tenet etiam Oldra. conf. 7. do. Ant. in d. cap. lator. Car. Ale. in d. capit. per venerabilē. 45. colū. ver. quo. 6. & dicit Bal. in ca. quæ in ecclesiarum de consti. & Bal. cō. 5. rubri. de feud. Angel. consi. 27. incipit. Signore. de Homo. & con. 221. Incipit factū sic se habet, quod vbi iue facit mentio nē de legitimē na to comprehēdit legitimatus per subsequēs matrimonium, nā matrimoniū est res fauorabilis c. fi. de re. iu. lib. 6. facit ad hoc quia legitimatus per matrimoniū sub sequens absque alia dispensatio ne est aptus ad episcopatū vt in d. ca. tanta. ergo erit idoneus in feudo. Et hoc ve rū ēt si in articulo mortis fuis set dispensata cō cubina ſm Iaco. de Bel. i d. c. naturales. vid. p hoc Ale. cōs. 61. in 2. parte incipit visa legitimatiōe. b Et tex. in. d. c. naturales] Gl. ibi dicit quādo in la gitimatione prin cipie fit mentio de feudo tunc succedet aliàs non, in tellige quando princeps hoc facit cum causa, vel quando dominus feudi consentiret alias non, quia non videtur principem prędicasse alteri per id quod habetur in l. quoties. C. de praci. impera. offe. & per Innocen. in di. capi. quæ in ecclesiarum. Dicit tamen Bald. in l. eam quam. C. de fideicommis. 12. col. Si princeps scit inuestitum non habere alios fi lios quam naturales, & inuestitura dicit pro se & fi lijs quos habet, quod naturales succedent licèt non sint legitimati. Pet. de Anch. cōs. 300. incip. prima facie. Ro. cons. 43. incipit ad primum quæsitum. Quid vero in emphyteusi. quando dicitur per se & filijs ex veniat legitimatus. vide Bal. in dict. capitu quæ in ecclesiarum. Paul. de Cast consil. 221. incipit super eo quod primo.

3 Verum talis succedet in feudo [a] si dictum est quòd transferatur ad posteros ex se legitimè descendentes? Respon. Bal. in c. naturales. si de feu. cō. fue. dicit quòd non. Sed Ia. de Belui. in d. c. naturales, & communiter doc. in c. lator. qui fil. sint leg. tenēt contrarium. s. quod succedet. & tex. in d. c. naturales [b] Intelligitur de legitimato p rescriptum principis, quia cum illa legitimatio sit stricti iuris, tanquam dispensatio contra ius est restringenda. ca. quod dilectio. de cō san. & affin. sed matrimonium tanquam fauorabile purgat præcedentia, & ideo succedet.

4 Verū legitimatus ab imperatore vel habēte potestatē ab eo sit legitimus quò ad spiritualia? R. Pa. in d. c. p venerabilē in 6. col. ver. ni imperatore dicendū quod non, [c] & ideo nec ad ordines & alia spiritualia admittet. vide gl. 1. 10. d. l. & sequit Bar. in aut. ex complexu. C. de incest. nup. Nec ēt erūt legitimi in dominio illorū qui nō recognoscunt Imperatorē, quātū ad ea p quę fieret alteri pręiudiciū, puta ad successionem bonorum ab intestato. vt no. in d. c. per venerabilem.

5 Verum communitates habentes potestatem legitimandi ab imperatore possint legitimare in præiudicium agnatorum? R. d. Anto. in d. ca. per venerabilem quod non, nisi pater & agnati consentiant, quia hæc potestas tanquam alteri præiudicialis est restringenda. l. 1. §. si quis a principe. ff. nè quid in lo. publi. Sed Bal. in rub. codi. est contra eum quando simpliciter est concessa autoritas legitimandi, [d] sed credo verum dictum Bal. in filijs naturalibus tantum, sed in spurijs & alijs ex damnato coitu, non credo, nisi expressè concedatur. [e] Facit quod not. Ioan. And. [f] in addi. ad Spec. in titu. qui fi. sint leg. qui dicit quòd si spurius duppliciter scilicet ex patre vxorato & matre maritata impetrato a Papa vel ab imperatore rescriptum legitimationis, quòd non valet si non expressit. Facit quod not. Panormitan. in dicto capitulo per venera-

c Rñ. quod nō] Adde gl. fi. in c. peruenit. 101. di. quæ idē tenet quod erit legitimatus quo ad vnū forsitan scilicet nō quò ad aliū. § cū aūt. 15. q. 3 Idē tenet Arc. in c. cōuenia. in ver. vt aūi mā. 2 1. q. 2 & sequit In in d. c. p venerabilem &c. Idē Ho. tit. q. fi. sint legi § qualiter ver. patre cū seq. vbi ēt dicit quod non debet Papa vel iperator vnquā piudicare tertio, & aliquādo peccat impera. si facit.

d Autoritas legitimādi] Refert Pa. hoc in d. c. p venerabilē. 5. co. ver. aliud dictum vbi dicit dictū, d. Anton. esse menti tenendum quia est magnæ autoritatis.

e Nisi expressè concedatur] Sed nunquid p statutū possit spurius legitimari. Bar. in l. non ambigitur. ff de legi. dicit quod non, qa legitimatio ē de reseruatis principi specialiter, qa & ipsa sibi eam vt princeps reser uauit. similiter nec populus, nec statutū decurionum vel consilia riorum, qui representant consiliarios. vt l. secunda. C. de decu. li br. 10. not. gloss. rub. C. quæ sit lon. consue & est tex. in l. prima & secunda & ibi Iacob. Butr. Cyn. & alij doct. C. da iure au. annu Nec etiam posset facere successibilem spurium, vt l. 4. & ibi Bartol. Bald. Angel. & alij ff. de testamen. Et vide Angel. in. § si natus institu. da iure naturali. Vide not. in auten. ex complexu. C de incest. nup. & in aut. quibus mo. natu. ef. sui. in. § si &c.

f Ioan. Au] In rubrica, & est additio magna in ver. Quæro si natus ex patre vxorato. Et ibi plenè hoc determinat per multa similia.

bilem.ſ.colum.in verſi.his prȩmiſsis,vbi dicit ꝙ inceſtuoſus vel adulterinus,niſi id exprimat,ſemper reſcriptū legitimationis erit ſurreptitiū, quia omne tacitū per id quod papa vel princeps non ita de facili cōceſſiſſet ſi illud ſciuiſset, facit reſcriptū ſurreptitiū, & vitiat.c. poſtulaſti.de reſcrip. Facit etiam quod no.Hoſt. in S.qualiter. ver.vult.& allegat Goff. in ſumma, ꝙ licèt Papa legitimet aliquē ad dignitates, nō intelligiť legitimus quò ad epiſcopatum & alias maiores,ſed tā tùm quò ad inferiores. de conceſ.ꝑben. c.dilectus. Vide etiā ſupra. Diſpenſatio. S. 9. Aduerte tamen hic qđ dicit Ang. in aut. qūo natura.effi.ſui.S.ſi quis igitur,ꝙ pater poteſt legitimare filiū in præiudiciū filiorū legitimorū, ſed filius illegitimus non poteſt ſe legitimari facere in legitimorum prȩiudicium. [a]

6 Vtrum legitimatus ſimpliciter intelligatur ēt quò ad dignitates? ℞. Hoſt.[b] ꝙ ſic, ſicut ſimpliciter reſtitutus, ad omnia reſtituiť. C. de ſniam pal. l. 1. quamuis Goff.teneat contrarium.

7 Vtrū Papa diſpenſando in matrimonio cōtracto in gradibus prohibitis de iure canonico legitimet filios ante cōceptos? ℞. ꝙ nō,ſed benè poſtea concepti erunt legitimi quò ad omnia, & ſi expreſsè legitimet ante cōceptos nō erunt quò ad oīa ſed ſolū quò ad ſpiritualia, & temporalia in terris papæ,non in alijs.vt in d.c.ſi. qui ſi.ſint legi.ſm do.Ant. ſed Io.An.& Pa.[c] in d.c.ꝑ venerabilē legitimādo matrimonium,vt ex tūc erunt legitimi ꝑ omnia, ſi modò proles fuit generata ex coitu matrimoniali, ſaltē affectu licèt non tenuerit de iure poſitiuo,& verius.

8 Quæ requiruntur vt valeat legitimatio? ℞. ſecundùm Pan. in dis c.per venerabilem.ſ.colum.verſi. his prȩmiſsis. quòd quatuor, primò quòd exprimat qualitatem legitimationis. vt ſupra S.ſ.Secundò ꝙ exprimat ſi habet fratres legitimos vel naturales, aliter niſi exprimatť non valeret. [d] Tertiò ꝙ pr̄ & filius legitimādus conſentiāt.Quartò ꝙ ſi pater mortuus fuerit vocentur agnati, vt conſentiāt, niſi princeps vellet legitimare ex certa ſciētia,ipſis nō vocatis, poteſt etenim princeps ex certa ſcientia reſtituere in integrum cū præiudicio alterius.vt no.in l.ſi.C.de ſentētiam paſſis,& in l.in cauſæ.ff.de mino.Si tamen cum diſpoſuiſſet vt legitimarenť poſt mortem ipſius tūc nō eſſet neceſsē ꝙ agnati vocarentur,quia tunc & ipſis inuitis poſſent legitimari,adeo ꝙ etiam ſuccederent ipſis agnatis ab inteſtato morientibus.

LEGITIMA portio ē triplex.ſ.legitima,trebellianica,& falcidia. Prima debetur de iure naturȩ tātū filijs & ipſis mortuis debetur nepotibus ex eis legitimæ natis,nec eis poteſt imponi grauamen ſup ipſa per legata aut fideicommiſſa,ſed bñ pñt grauari per debita.Non poteſt etiā eiſdem imponi conditio vel modus.Et ſi apponať pro non adiecto habetur. C. de inof. teſ.l. omni modo,& l ſeq.& hȩc eſt tertia pars [e] hæreditatis ſi ſunt quatuor filij vel paucio res, ſi verò ſunt quinque vel plus, tūc erit medietas [f] totius hæreditatis, quām inter ſe diuident ęqualiter.C.de inoffi.teſta.aut. nouiſſima. Et aduerte ꝙ iſta legitima aliquādo ſic dicitur.vt in d.l. omnimodo. Aliquādo dicitur debita pars. vt in l. ſcimus. C.de inof.teſta. Aliquando dicitur debitū ſimpliciter.vt in aut.de trien. & ſemiſ.S.r. Aliqñ debitū bonorū ſubſidiū.vt C.de inof ſi. dona. l. ſi totas. Aliqñ diciť debita iuræ naturæ.vt in autē.de trien.& ſe.S.hoc nos.

1 Vtrū iſta legitima poſsit ꝑ ſtatutū vel conſuetudinem in totū tolli? ℞ Alberi.dicit

a In legitimorū ꝑiudiciu] Vide pleniſſime pro iſto § Alex. cōſ. 61.2 par.Viſa legitimatiōe. ver. venio ad fin, valet vidita filia. Vbi ponit multa dicta ꝑ ſniā q̄ ponit i iſto §. &c. Et ibi ēt an ſtatutū cōpellēs agnatos ad compromittēdū cōprehendat legitimos &c.

b Rñ Hoſ.] In ſumma ti q filij ſint legi.§.qualiter ver.illud ſolet ſe. circa medium.

c Sed Io. An. & Pa.] Tāgit hoc Pa. in 3. col. & clarius in.4.ver. ego pro concordia.

d Non valeret] Rō quia princeps nō ſolet legitimare vel nō ita de facili eū q habet fratres legitimos hoc ſentit Io.An i addi. Spe ti de ſucceſ. ab inteſta.§ 1. ver.ſed ex facto q̄ritur,de hoc vide latius ibi Pa. & p Ale. i l.Gallus.§ & quid ſi tantum. de li.& poſthu.

e Et hȩc ē tertia pars] D.Iaſ.in l. plane §.ſi duob. de le. 1. q̄rit, an filius ritè & recte exhr̄dat9 vel filius q ē frater minor vel aliter incapax paternȩ ſucceſsionis cōputetur numero filiorū,q̄t.m ad diminuēdam legitimā alijs frīb lcē nūqd cōputetur quo ad augendā legitimam ipſis fratribus. Vide ibi per eum iſtas

duas queſtiones.
f Tunc erit medietas] Sed pone ꝙ ſunt tres maſculi, & tres feminæ & extat ſtatutum excludens fȩminas dotatas.

cit in l.qm̄ in prioribus, C. de inof. test. ꝙ communiter doc. & etiam vltramontani tenent ꝙ nō. Alij magni tenent ꝙ potest in totum tolli. Sed prima verior vr̄, posset tamen statutum vel cōsuetudo diminuere vel distinguere eā, sed non in totum tollere. Ratio quia sicut a natura alimentatio filij a patre depēdet. ff. de iusti. & iur. l. 1. §. hinc descendit, ita post mortem patris alimētatio filij ab hac portione iuris naturæ depēdere videtur vt innuitur ī aut. de trien. & se. §. 1. ad fi. & §. prohibemus autē ibi si vult filiorū &c. pro hoc facit in sti. de iure naturali. §. 1. ff. d̄ pac. l. ius autem agnationis &c. Pa. tamen distinguit, & benè in c. Rainutius de testa. ꝙ aut filius non habet vnde viuat aliūde, & sic vera est opinio vltramōtanorum, aut habet vnde viuat, & sic est vera secunda. Aduerte tn̄ quod in legitima filius non potest grauari ꝑ fideicommissum s̄m cōem opinionem. per l. quoniam in priorib. C. de inof. test. & l. cum patronus. ff. de leg. 2. licèt Bar. & Di. [a] dubitauerint in l. 1. §. substituere in fi. ff. de vul. & pupil. substit. Sed succedentes ab intestato ipsi filio si cōtingat filiū decedere impuberem, pn̄t grauari, [b] & est casus in l. si fundum per fideicommissum cum l. se. ff. de leg. primo. ideo dicit Bal. in l. cum virum in secunda column. C. de fideicomm. quòd substitutus filio impuberi, poterit grauari vt restituat legitimam filio debitam, & sic verba sunt dubia, puta testator dixit post mortem filij mei impuberis hæreditas ītegra restituatur Seio, nec expressit per filiū vel succedentes ab intestato filio meo, vel per substitutum datum filio meo, fideicommissum debebitur in legitima etiam secundùm Bartolum in l. qui duos. ff. de vulgari, & pupillari substitutione. in singu. & communiter sequuntur scribentes [c] ibi, & refert Panormita. fuisse consultum per Ioann. & Imol. & Fulg. in ca. Rainutius, de testa. licèt

Nunquid legitima erit medietas. De hoc per Paul. Imolam & Ale. in l. planè. § si duobus de le. 1. doct. variant, & Pau. variauit in con. 151 super primo puncto, & consi. 154. quoniam fundamentum. Sed communis opi. est ꝙ filiæ exclusę non augent numerum liberorum, & sic erit tertia pars. Hoc tenet Ange. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inof. test. & in aut. nouissima de inof. tes. Imo. & Fulg in d. § si duob. Raph. Cu. con. 48. de pluribus quæritur 2. volumn.

a Licet Barto. & Di.] sed verè Bartol. non dubitat de hoc, licet referat gl. contrariam & Di. vt patet in tuenti.

b Possunt grauari] Hoc sic declara. Nam pater potest filio suo impuberi substituere directò vsque ad pubertatem, rō est quia substitutio pupillaris inuēta est propter filij impuberis prouisionem, cū. n. filius impubes non possit ipse testari ob ętatis defectum lex permisit patri, vt ꝑ tali filio testamētum cōderet qd' intelligitur quādo ei pupillariter substituit. vt l. Papi. §. sed nec impuberis. ff. de inof. test. & l. patris & filij. ff. de vul. & pupill. Sed pater non potest substituere per fideicommissum ipsi filio in legitima vt l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. cū .n. hoc esset grauamen reijcitur de legitima indubitanter. vt l. quoties. & l. qm̄ in priorib. cum alijs. C. de inof. test. Nihilominus benè pōt pater sic insurgere fideicommissum ab ipso substituto pupillariter, vniuersaliter seu particulariter, puta si dicat. Instituo filium meum hęredem, & si decesserit in pupillari ætate, substituo Titiū quem rogo, vt restituat hr̄editatem Sempronio. Certè restituet etiam filij legitimam. d. l. si fundum per fideicommissum. cū l. seq. in fi. Imo ēt vt ibidem pater pōt grauare illum substitutum, vt etiam bona propria filij restituat. Ita tenet Bar. ibi. & l. si Titio § si de leg. 1. Vbi ēt pōt grauare venientes ab intestato ipsi filio suo. Bar. & Ci. in l. ex trib. C. de inof. test. & Bal. in l. cum virum, & Mathes. in no. 164. Rom. diuersitatis scilicet quare a venientibus ab intestato vel a substituto filij possit pater relinquere fideicommissum, sed non ab ipso filio pōt sumi ex regula. l. ab eo. C. de fideicom. quem non honoro grauare non possum. Constat .n. p̄rem in ltima filiū instituendo ipsum non honorare cū ex dispositione iuris obligetur eam relinquere l. si arrogator. ff de ado. meritò nō debet eum posse grauare. Sed benè pē dando subst. tantum filio illū honorare dicitur, vel ēt venientes ab intestato. Ex quo .n. alios potuisset substituere. Tu vide text. mirabilē in l. cū qdā C de le. vbi pater q exhæredato filio hoc fācit legatū in quo substituit ei pupillariter, & a substituto legauit ꝙ legatū nō valet. Sed gl. ibi dicit hoc speciale eē. Idē l. a b exhæredato i prin. ff. de leg. 1. & l. q. fundū. § filios. ff. ad legem Falcid. qd' ēt procedit ī testō militis. vt l. milesita. §. finiles. ff. de testamēto militis, vide Ias. in d. l. cum quidam. vbi latè.

c Sequuntur scribētes] Imo. & Pau. de Ca. in d. l. qui duos Nod. in d. l. cohr̄di. Ale. con. 123. li. incipit attētis verbis testamenti. Areti. con. 55. incipit, periculosum est in 8. & 11. col. & est cōis opi. ꝑ quam Rap. Fulgo. in l. ex tribus. C. de inofficioso testamento, de facto consuluit. Mediolani in tali casu. Quidam testator instituit filiam in mille ducatis, & qñcunque decederet sine liberis voluit illa mille inter pauperes distribui, & si illa mille non essent vltra legitimam, nihilominus legatum illud censetur factum ab hæredibus dictæ filiæ, vnde distribui debebit inter pauperes Christi, & sic ipsa filia nō erat in ltima grauata sed eius hr̄des. Vnde valet. Sequitur Paul. de Cas. in d. l. ex tribus, licèt Bald. consuluerit contrarium.

Barto.in l.cohæredi,[a] ff.de vulga.& pupil.ſubſti.aliter dixerit.

d Habere in vxori] Hoc intellige ſi deliberatè profertur, ſicut quando profertur volo adire deliberatè, quia ſignificat aditionem cõſummatã, quia voluntas ſola di profitenda adeunti perficitur l. ſed ſi ali9 ff ad Trebell. l. ſi quis ſuus. ff. de iur. delibe. no in l filij mater ff. ad Tertul. in l. q ſepatris C vnde libe. & in l. gerere de acq her. ſec9 ſi non deliberatè, quia non induceretur diſpoſitio di l. qui ſe patris. Et dicetur deliberatè qñ ad interrogationem patris ẽ reſponſum.

e Te retinere] Idẽ ſi dicat tractare, qa iſta ſignificant actum iam perfectũ, & ſupponit neceſſariò matrimonij præambulũ, quia non poteſt tractari vt vxor niſi matrimoniũ præceſſerit c ex parte de reſt ſpo. videbis omnino Bar i d l ſerui electione.

f Pro matrimonio] Facit c quẽadmodũ. de iureiur. vbi dicit textus ſi qs iurauerit dicẽs iuro tibi ꝙ prouidebo tibi tanquã vxori meæ eſt matrimoniũ hoc verũ niſi aliud proteſtetur.

g Matrimonium erit] Cõiter do. in d. c. ex parte. hoc tenẽt Quia poſito ꝙ iſta verba ſint ambigua interpretatio fienda eſt ꝑ matrimonio & id. d ſimilib.

h Rñ ꝙ ſic] Idem tenet Arch in d. c. ſi quis diuinis. Inn. in d c. ex parte ſed magiſter ſen. in 4 di 28 tenat cõtra. Et allegabãtur aliqua iura pro iſta opin.

Idao

Hostien. in sum. de matri. §.qualiter. Et Goff. de clan. despon. §.sed quæritur, sub audiendum est de cætero vel hoc tempore, secus esset si diceret promitto tibi ꝙ ducã te in vxorem. secũdùm Ioan. in dicto capitu. si quis diuinis, quia sic essent sponsalia, & similiter dicit Panormita. in dict. capit. ex parte quod erit matrimonium si dicat promitto tibi quod non habeo aliam vxorem nisi te, & illa similiter respondet, qa verbum nisi cum sequitur negationem facit positionem. vt no. glo. in regula peccatum. de regul. iur. libr. 6. quod credo verum si verba sint prolata de præsenti, scilicet nolo habere aliam vxorem nisi te. Secus si verba essent prolata de futuro. sic scilicet quod non habebo aliam nisi te, quia tũc nisi non facit positionẽ de præsenti, secundùm actum, sed solùm secundum habitum, [a] similiter si diceret non accipiam aliam in vxorem, quia non erit matrimonium.

13 Quid si dicat promitto tibi quod retinebo te perpetuo mecum, & illa respondet similiter? Respon. quòd non est matrimoniũ, nisi dicat quod vult eam tenere in vxorem. in autent. quibus modis natura. effi. le. §. penultim. Ioan. tamen in capitul. primo. 30. quæst. 5. & in glo. in capitul. tolet. 31. quæsti. 2. tenet quod de iure canonico est matrimonium, & ita tenet in dubio. Sed quando constat de mẽte non est curã.[b] de verbis quo ad deũ & conscientiã, quia qñ ambo intendebãt cõtrahere de præsenti, semper erit matrimonium etiã

Ideo tu distinguas secundùm. d Ant. in d. c. ex parte. Quod aut verba matrimonij sonant totaliter de præsenti. Puta accipio te in vxorem, & tũc est matrimonium. c. pe. de sponsa Aut sonant in futurum quo ad dispositionem & executionem Puta promitto ꝙ accipiam te, tunc sunt sponsalia. c. nostrates. 30. q. 5. Ita Io. Andr. & cõiter doc. in d. ca. ex parte. Aut verba proferuntur tantũ executiua de futuro sit spensa, sed eius executionis purificatio indiget facto extrinsec⁹, & nunc sunt spõsalia, Puta ꝓmitto ꝙ ducam te i vxorem, & ita lo quitur text. in d. c. iurauit, & in d. capi. de illis Aut proferuntur verba quę t. [illegible] tur actus executionem successiuum. Puta tractabo te pro vxore & tunc cũ de natura promissiõis sit vt statim incipiat sidies nõ apponitur, & executio matrimonij nõ potest fieri nisi sic matrimonium. Isto casu inducitur mrĩmonium. d. c. ex par. maximè si ꝓcesserunt verba ab vna par. & ab alia rñdeatur de futuro per verbũ executiuũ quod hẽt tractũ successiuum, t pis. Ita Io. An. & d. An. in d. c. ex parte. Vel ẽt maximè si præcesserit tractatus matrimonij de præsenti. d. c. si quis diuinis aut proferuntur verba dubia. Puta promitto te habere in vxorem, vel etiam habebo te in vxorem. Ista verba pñt intelligi habere. i. contrahere tecum, & sic respiciunt actum de futuro dispositiuum. Possunt ẽt intelligi habere. i. tractare. Vel habebo. i. tractabo & tunc cum sint verba dubia fit interpositio pro matrimonio. c. videtur, & ibi no. qui ma. atc. pos. & fatiũt no. in cap. fin. de re iudi. Ita volunt Io. Andr. & Car. in d. c ex parte. Et Pan. in d. capitu. iurauit. Item pro matrimonio iudicabitur, si dicat accipio te in meã mulierem. per tex. d. c. pe. de spon. ibi vel alia verba &c. Et ibi verba similia &c.

a Sed solùm secundum habitum] Ista fuit opi. d. An. qui interpretatur non esse matrimonium qua si velit dicere Ego sum huius dispositionis, vt si vnquam accipiam vxorem, non accipiam aliam nisi te, & tũc accipiam te. Et sic dato quod dictio nisi implicet affirmatiuam sequens negatiuam l. actione. C. de transaction. & ibi Bar. non tñ implicat affirmatiuã actus dispositiui, sed habitum & voluntatem casualem. Et sic hæc verba matrimonium non inducent. Et pro ista opin domin. Anton. facit tex. in l. Titia ff. de manu. testa. secundùm intellectum quem illi legi dat Bartol. in dicta. l. actione. Panormitan. autem tenet cum Ioan Andr. & contra opini. d. An facit. Nam non negatur qn ista verba nõ habebo aliam nisi te sint dubia vt possint importare habitum, sed dicitur ꝙ pñt habitum importare. i. habebo te. Sed vbi verba sunt dubia vt interpretatio fiat ꝓ matrimonio vt dixi supra in vlti. mẽbro list. & hic i tex. princi. §. Et sic nõ videtur obstare. l. si sterilis. §. pe ff. de act. emp. vbi si promitto non vendere alij qñ tibi, pro hoc tu non potes cogere me vt tibi vẽdam. Sic si ꝓmitto ꝙ non habeo aliam nisi te & ca. non per hoc cogor te habere quia patet respõsio prædicta. Rosa. matrimoniũ, 3. §. 4. dicit post multa ꝙ opin. d. Anto. videtur satis rõnabilis, hic ibi vnde non dẽt de facili condemnari. Quæro quid si dicatur promitto ꝙ te desponsabo. Respond. si sumus in locis in quibus desponsatio habetur pro matrimonio de præsenti, talis promissio inducit sponsalia de futuro. Et perinde est ac si dicat promitto, quòd tecum contraham. pro hoc facit quia clarum est ꝙ desponsatio iuncta consuetudine, operatur matrimonium. Vide plenius Pa in c. illud de præsum. No. Inno. in c. si. de sponsa. duo. No. in rubrica. & in c. t. de sponsa. & quod subarratio fit tẽpore matrimonij vt in c. si. de spõ. impu. vnde debet attendi consuetudo. c ex literis. eod. ti. Hæc Car. in c. penulti. Secus si cessaret consuetudo, quia tunc non contraherentur etiam sponsalia de futuro, sed promissio de sponsalibus secundùm dominum Anto. in dicto capitulo penultim. Sequitur dom. Alexan. ibidem &c.

b Non est curandum] Hoc tamen verum si illud contingat sine aliorum præiudicio, vel scandalo aliàs etiam in foro conscientiæ standum est communi significationi verborum seu iuris interpretationi. textus est in capitul. ex literis. 1. extra de sponsal.

si verba sonabant cõsensum de futuro.ar.c. intelligẽtia. de ver.sig. cum simi.

14 Sed quid dicendum est cum aliquis dixit verba ex primentia consensum de p̃senti vel de futuro & secuta copula, postea dicit ꝙ nũquam talia verba protulit aĩo ꝯhendi, sed solũ animo extorquendi copulam? ℞. ꝙ alter non debet credere, quia nec tenetur. Vnde in c. per tuas, de probationibꝰ dicitur. Nimis indignũ est iuxta legitimas sanctiones, vt quod sua quisque voce dilucidè protestatus est in eo casu proprio valeat testimonio infirmare.[a] Si pur temerariè credit quod dicat verum sic nõ debet nec ad petitionem alterius etiã in carnalem copulam consentire, nisi de nouo dicat se velle contrahere. Si autẽ dicat postea se esse mentitum, & petat debitum tunc credat, & reddat. Si verò credit non esse verum & p̃manet in prima temeraria credulitate, sic non dẽt reddere, qa faceret ꝯtra ꝯscientiam [b] & si non reddit peccat ẽt qa vir reuocando qđ prius dixerat expirat illud prius dictum, qa reuocatio concordat verbis quib. consensit de præsenti. hęc Ric. vbi supra di.27.ar.1.q.4.

15 Sed pone quod p̃fatꝰ non eam duxit nec vult ducere, sed potius aliam accepit? ℞. ꝙ in foro ecclesię si põt probare mulier ꝙ ꝯtraxit per verba de pręsenti vel de futuro secuta copula carnali, quod cogetur eã ducere nec admittetur ꝓbatio in cõtrarium vt no.i c.is q. de spõ. sed in foro animæ si aliam non accipit cogendus est, vt eã accipiat si euidenter non appa ret quod potius se decipi finxit [c] puta qa magna est disproportionabilitas. Si verò aliã duxit aĩo contrahẽdi & in primam non ꝯsensit, non dẽt ẽt ad p̃ceptũ ecclesiæ secundã dimittere sed potius pati humiliter ẽt excõicationem, & tali mõ cũ secũda habitare ꝙ non generet scãdalũ alijs quia primũ mr̃imoniũ non fuit, ex quo consensus ex parte alterius defuit sed ꝯm. Et hoc tene, qa cõiter teneť, vt no. Pan. in d.c.is. licèt quidã dicat qđ licèt primũ non fuerit matrimonium, tñ ẽt ꝯm non põt esse quia ecclesia talẽ inhabilitat ad contrahẽ. cum quacunque alia a prima. in d.c.is qui fidẽ.

16 Quid faciet p̃fata mulier q̃ non põt ꝓbare ꝯtũ mr̃imonij quia fuit clandestinũ? ℞. si statim vir reuocauit, & patefecit qđ nõ ꝯsentit aut si sit multa disproportionabilitas ex quibus verisimiliter põt credere ꝙ nunquã in eã consenserit, & similia sic credo ꝙ si ille transiuit ad secũda vota, aut oĩno renuit eã accipere, ꝙ poterit ei credere & cũ alio contrahere, maximè si sic iurat, & ex qualitate vitæ suæ p̃t p̃sumere, ꝙ non mentireť in hoc, aliàs nullo mõ dẽt ꝯtrahere cũ alio sed viuere in castitate, & sibi imputet ꝙ fatuè egit clandestinè contrahendo. Sed si pur de facto contraxit & probabiliter credat ꝙ talis p̃fatus non habuerit animũ in eã cõsentiendi, sic poterit exigere & reddere. Si verò non hẽt aliquã ꝓbabilitatẽ ad hoc credẽdũ, credo ꝙ teneatur reddere, sed exigere nõ possit. Si verò crederet qđ p̃fatus tunc consenserit licèt postea neget, nec poterit exigere nec reddere.[d] ar. eorũ q̃ no. in c. inquisitioni, de sen. exc. Quod no quia sępe in practica euenit.

17 Quid si quis post contractũ mr̃imonij nõ aĩo consentiendi, sed decipiẽdi credẽs ex consilio peritorũ tale mr̃imoniũ tenere cognoscit p̃fatam mulierem tanquam coniugem credens sic firmiter esse? ℞. ꝙ talis copula non facit mr̃imoniũ ex quoad deũ quia ex quo nullum vinculũ [e] præcesserat quoad deum copula non facit matrimoniũ vt no. in c.is qui. de spon. vbi dicũt do. ꝙ si sponsalibus solutis sequitur copula nõ inducitur matrimonium ex quo vinculũ sponsalium est solutum. Idẽ dicunt vbi interuenerit promissio de contrahendis spõsalibus in futurum Facit l. fi. ff. de cond. ob causam. Itẽ errore iuris non inducit cõsensum matrimonialem quia nihil tam cõtrarium

a Infirmare] Ista verba fuerũt sũpta ex l. gñaliter in fi. C. de nõ nu. pec. Ex hoc nota Bal. ibi quem nõ posse infringere dictum suum, & testimoniũ suũ, vnde licèt testis in mortis articulo dicat se falsũ testimoniũ protulisse, non creditur sibi. ca sicut. de testib. & idem in tabellione, & no. Bar. in l. si librarius. ff. de re iud. Et vide pulchra not. per Pa. d c. per tuas. An stetur primo vel secũdo dicto &c. & vide eundem in capi. literas, in prin. de pręsum.

b Contra conscientiam] Quid autem debeat facere mihi videť ꝙ quia peccat vtroque modo cõscientiam deponat, & credat ei, & sic reddat.

c Decipi finxit] Quia mulier erat inferioris cõditionis quã vir, & tunc vir nõ tenetur ei satisfacere, aliàs sic.

d Nec reddere] Debet.n. potius ẽt excõicationẽ sustinere.

e Nullum vinculũ] Pro hoc qđ no. in c. 1. de re. iu. in 6. vbi si qs

ante annos pubertatis fecit votũ religionis nõ obligatur ad tale votũ maior factus nisi illud ratificauerit. Sed pone ꝙ illud ratificauit credens se obligatũ quia aliàs nõ ratificasset ipse dicit ibi ꝙ iste non tenetur ad tale votũ sic in casu nostro idem Ros.matrimonium.4 §.5.
a Et in ca. significasti] ibi gl. dicit ꝙ qñ apertè constat de casu super circunstātijs alia probatione deficiēte stat iuramēto ꝑpetrātis actũ.
b Ref.ꝙ sic] Mri moni. ꝯhi potest per interꝑtem inter personas diuersarum lingua rũ ſm Pa.& alios canonistas. in ca. ex literis, de spõ sa. vbi ad hoc extendunt text.fin. in l.1.§ si de ver. obli.vbi dr̃ inter homines diuersarum linguarũ se inuicem non intelligentiũ põt ꝯhi stipulatio mediante interpre. similiter & iudex põt ferre sententiã iter personas diuersarũ linguarum adhibito interprete per linguam iudicis partib⁹ exponat ita Bal.per d § fi. in l.Iudices.C.d sé. Adde tex. not.in l. qui testi r. §.fi. ff.de test. Vbi testtõr pt testari coram teste non intelligente ei⁹ sermonem dummodo talis testis sẽsu pcipiat qd agat. Pau. d Ca.& Areti.ibi intelligẽs, in mediante interprete adhibito per testatorẽ. Hoc idem tenent Bal.& Salic.in l. hac cõsultissima. § fi C.de test. &c. Fallit in confess. vt s̃ cõf 1.§. 32.
c Qđ specificet] Rõ est ſm Ge.qa amor vel odium nõ ẽ incognitis. ergo seqtur nec cõsensum eẽ posse.ꝗ requiritur. Qualiter ꝯhet ꝑ ste ꝓcurator,rñ. Hæc erũt verba i sponsalib. ꝓmitto tibi de mandato talis mei dñi, & noĩe eiusdẽ ꝙ ipse ducat te i vxorem Et hoc in aiã ipsi⁹ iuro. Et versa vice puella rñdebit ꝓmitto tibi in noie dñi cui recipiẽti,& si bi per te qđ ego ducã ipsũ in virũ.In mrĩmonio de pñti dicet,talis dñs meus cõsentit in te tanq̃ in vxorẽ.Et puella rñdebit. Et ego te mediãte recipio dñm tuũ, i virũ,& in ipsum cõsentio tanq̃ in maritũ vide Ge. hic referentẽ in d c fi.de ꝓc.li.6. Itẽ in c.honorantur ponitur exẽplũ de Rebeca de qua Ge. 24.&c.
d In tex.& glo.] facit.l sufficit.& l vl.ff de spon.& l.mulierem.ff.de ri nup.
e Tamen quoad Deum] Etiam si

rium consensui quam erroror. l. si per errorem ff. de iur.om.iu.Facit qđ no.Bar. in l.multũ.ff.de con.& demõ. vbi dicit si iudex errat in fundamento iurisditionis non valere processum, licèt in veritate hẽret iurisditionẽ, & probatur in ca. scisscitat⁹.de rescriptis iũct. c.prudentiam, de of.dele. vbi iudices delegati cum clausula. Si non oẽs &c. Si procedunt sine alio ignorãtes impedimentũ,& credẽtes posse sine eo ꝓcedere, nõ valet processus licèt habeãt iurisditionẽ, qa errãt in fundamento iurisditionis,ita iste errauit in fundamento matrimonij cũ consensus sit eius fundamẽtũ, & de substãtia eius,vt in c. tuæ.de spon. & similib. Vñ si talis accepit aliam, nõ pt eam dimittere in foro animæ aut religionẽ exire si q̃ professus est, & statur eius cõfessioni in hoc vlt.vt no. gl.in d c.is qui.& ibi p do. & in c.significasti,[a] de ho. idem consuluit domi. Alex. de Neuo in facto.

18 Verum matrimoniũ possit contrahi inter absentes p procuratorem? R. ꝙ sic [b] 32.q.2.honorantur.de con uer.coniug c.ex par.el.2.in tex.& gl.si tria concurrant. Primò ꝙ specialiter mãdetur eidem de matrimonio contrahẽdo.Secũdò ꝙ specificetur [c] eidẽ de certa,& speciali seu determinata ꝑsona cum qua cõtrahit nomine constituentis. Tertiò ꝙ constituẽs perseueret in eadem volũtate vsquequo procurator contraxerit.Nã procurator quantũcunque generaliter sit constitutus non poterit cõtrahere matrimoniũ pro constituẽte, nisi expresè id habeat in mandatis, nec hoc sufficit nisi determinetur certa ꝑsona cũ qua contrahere dẽat in mandato hęc probantur in tex.& gl.[d] de ꝓcu.c.procurator.libr.6.nec præfata sufficerent,si mutat animũ vt patet ex dictis hic s̃.licèt ecclesia nisi expresè reuocaret iudicaret ꝓ mrĩmonio, tñ quò ad Deũ [e] & cõ sciam non esset mrĩmoniũ ex quo cõsensus deficit tpe quo procurator contrahit.

19 Sed pone quod ꝓcurator in mandato hẽt spãlem potestatem de contrahẽdo matrimonio.sed non determinationem personæ cum qua debeat contrahere, tñ habet oretenus vel per literas aut alio mõ? R. ꝙ si contrahit cũ illa erit matrimoniũ,nec obstat gl.in d.c. procurator. in ver.spãle in fi.q̃ tenet contrarium quia intelligenda est quãdo alio modo non specificauit spãlem personam per rationẽ suam. Veruntamẽ stulta est quæ cum tali ꝓcuratore ꝯtrahit nisi faciat fidẽ quò ad contrah. se cum sit specialiter ꝓcurator deputatus, qa sic ille posset negare, ꝙ nõ misit eum vt cõtraheret cũ illa sed cũ alia,& in foro cõtentioso excluderetur.

20 Verũ ꝑ solas literas possit ꝯhi matrimonium inter absentes? R. vt patet ex dictis ꝙ sic si duo cõcurrunt, vnum ꝙ mittens literas quibus exprimit ꝙ talẽ accipit i vxorẽ de pñti si ipsa ꝯsenserit ꝙ pseueret in eadẽ volũtate vsquequo illa cui literæ mittunt expsè consentiat. ſm ꝙ illa persona exprimat consensum receptis literis ali cui alteri. vel ꝑ literas scribat ipsũ consen

in matrimonio iste tria bona. de bono prolis patet in sterilibus. De bono fidei patet in his qui fidē frangunt De bono sacramenti patet in his qui religionē ingrediuntur. Et quod dicitur per apostolum 1 Corin 7. si mortuus est vir soluta est mulier a lege viri. intelligitur secūdū Ale de morte & ciuili quia vir ingrediens monasterium ciuiliter moritur. Et si mulier nubit hoc est per dispēsationem. Quia & si domin⁹ mādauit indissolubilitatem dispēsauit & ad mai⁹ bonū, qa melior est religio quam matrimoniū. Et d. spēsatio patet Io. 2. vide Vori. in 4 di. 11 ar. 1.

a Licèt non intēderet] De hoc p Sco. & alios in 4. dist. 30. vide ibi Vorilō nam ibi fuerunt tria bona proles. s. Christus, fides qa semper virgo. sacramentū quia nullum diuortium. vide c. beata Maria. 27. q. 2.

b A tali obligatione] Vide quæ not. supra. Iuramētum 4. § 3. & de hoc no. in ca. ex publico. & in c. verum de con uer. coniu. & in ca. commissum. sponsa. & sic valet matrimoniū contractū eo animo vt statim dissoluatur. secūdū d An in d. c. commissum. pro hoc facit dictū Hug. de ca. no in 4 di. 31. q. 2 dicētis q tenet matrimonium si quis diceret. Ego accipio te in vxorem sic q ego propono & voueo virginitatē vxoris vide ibi. vbi sūt rōnes hui⁹ decisio.

hendo intendat illud quod inter contrahentes requiritur ad mřimoniū. Maria āt verū mřimoniū cōtraxit cū Ioseph, licèt nō intēderet a consentire in carnalē copulam, qa erat certificata qđ Ioseph nunquā eā requireret. & si eam requisisset q Deus absoluebat a tali obligatiōe. similiter ille qui ꝯhit, quāuis non hēat aium consummādi sed religionē intrādi, quia cū intrat absoluit̄ a deo a tali obligatiōe. b

25 Vtrum intētio libidinis vel pulchritudinis aut diuitiarū excludat matrimoniū? ℞. ſm S. Bo. in 4. di. 30. q multæ cāæ pñt esse inductiuę, & sine peccato, dummō non sistatur in eis. vnde si moueret sicut cā principalis, est minus honesta, & esset contra sacři vtilitatem, c non tñ contra sacři veritatē, nisi ita eēt finis qđ non quæreret nisi libidinē vel diuitias non vxorē ducere, quia sic esset contra veritatem sacramenti.

26 Sed nunqd ꝯhēs ex alio fine quā ꝓlis habēdæ, peccet? ℞. Pe. de Pal. ī 4. di. 31. q sic venialiter, qñ contrahit principaliter pp vitandā fornicationē, si mō sit talis q ſm cōem spē posset habere filios. d aliàs nō. vnde licèt finis mřimonij prim⁹, & p se sit intētio gñandi, tñ qñ principale factum est īpossibile, sicut in sene vel sterili. e licèt de secūdario qui est intentio vitandi fornicationem facere princi-

c Contra sacři vtilitatem] Vt puta. Si ducat vxorem non pp seruandā castitatem, sed explendam libidinem contra veritatem autem qñ intendit libidinem p modum finis & obiecti, valet quia talis consensus nihil quærit nisi contra' ere. Quod aūt possit contrahi p p pulchritudinem hr̄ Gene. 29. de Ia. cū Rachel Et deutero. 22. Si videris mulierē pulchram duceam in matrimonium.

d Posset habere filios] Car. Alex. in rub. de spons. dicit maritus, & vxor si in copula non attēdunt, vt faciāt prolem peccant mortaliter. c. solent cum seq. 32. q. 2. Qđ intelligendum si sola libidine mouerentur. Nā vt ipse d cit. Si hoc casu exercerēt copulam non causa voluptatis, licet animo non cogitarēt de prole esset peccatum veniale. §. criminis 25 di. & vide gl. in c. vir cum propria. 33. q. 3. quæ dicit rōnem hui⁹ esse, quia nullus est coit⁹ sine pruritu, & sine hac voluptate. ideo peccant venialiter. Et ideo infert d. Anto. in d. rubric. inmoderatum vsū copulę cum vxore, ex quo non facit ad prolem, nec ē necessarius ad fornicationem vitādam, esse illicitū & peccatum mortale. c. vsu . cum prece. 32. q. 7.

e Sterili] Vide

pale. Aliæ āt intentiones sicut reformatio pacis, & aliæ honestæ. si principaliter & per se intēdat̄ sic est peccatum veniale, sicut cū vir cognoscit vxorem p p sanitatē. vel baptizatur vt sanetur. Alij verò volunt q sit mortale, quia cum mřimonium sit sacřum non pt̄ sine pctō mortali principaliter intēdi finis extraneus, sicut si qs baptizaret̄ principaliter pp quæstū non curans de gratia baptismali, sed istud dicit idem Pe. qđ est nimis durum, sed tñ nō est sine rōne, & ideo securius est. tenet tñ idem q cōtrahēs principaliter pp voluptatē, peccat mortaliter. Si verò qs contrahit secūdariò p p diuitias, pulchritudinē, & hmōi non est peccatū, nisi sit ĩhonesta ĩtētio.

27 Vtrū cōtrahēs in peccato mortali peccet mortaliter? ℞. ſm Pet. prædictū q sic. quia dicit Aug. 1. q. 1. c. 1. per Isaiam quod sacřa talia sunt vnicuiq; quali conscientia qs accedit Sed nunquid teneat̄ confiteri videt̄ tenere q sic, sed ego non credo de necessitate, nisi in ꝓposito intellige q peccat ꝯhendo per verba de pñti.

MATRIMONIVM 3. q̄ impediūt vt nō contrahat̄? ℞. q sunt 18. Quorū duo prima impediūt de necessitate pręcepti, ita qđ peccat mortaliter contrahens, tñ cōtractū de facto nō dirimūt. Tertiū verò impedit solū ad tps, & aliqñ in perpetuum. Alia verò sequētia tali modo impediunt, q etiam si de facto

insti.de nup.in prin.in gl.in ver.potentes in fi.

a Peritiam canonum] Et si deficit non valet quod agitur secundum doc.in d.c.1.Tamen episcop' peccat si canones ignorans non consulit peritiores, de leges ergo vel scienti val exercitato in iure, aut peritiores cōsulat.de concess.præb.c.1. de his quæ fi.a p la.c. nouit.& ca. quinto aliàs pec cat.22.q.2 c.fin. &c Nō dēt ergo iudex ignorare canones, q̄ ī iis matrimoniales sunt ferūdūm ca nones terminan dę.d.c.1. & c.fraternitatis. Item quia canões dñi ab oib. sciri.c 1. & fi.de consti. & spāliter ab epis. 38.dis. omnes,& c.cū sit ars. de ætate & qualitate. Et vide.c.cum in cunctis. de elect. Item dēt habere autoritaté. aliàs sententia non valeret. Quis autē debeat præferri in electiōe ad ecclesiam, an Theologus, an verò canonista. Vide Alex in d.c.1.de consan.& af.

b Perpetua] Puta quia sunt consanguinei in gradu prohibito. Et intellige qđ non propter interdictū, sed propter ipsum impedimētum dirimēt matrimonium vtd. c.fi. & ibi do. Alexandrinus. Nā tantū sacramentum non debet dirimi propter solum interdictū & debent excōicari tales sic ɔ̄nētes.d.c. vlti.

c Feriarum] Rō aūt quare prohibeantur nuptiæ tali tempore, est quia tēpore nuptiarum animus nimis resoluitur

contrahat non tenet, nec ē mr̄imoniū postea cōtractū, & contrahēdo peccat mortaliter, non in oib. sed solū contrahit contra impedimētū 5.6.7.8.9.10. 12. 13. 14.15.16.& aliqñ incurrit excōicationem si contrahit in impedimēto consan. vel af.vel voti solennis, aut ordinis vt s.excōicatio.7.Casu.41. & quis p̄t dispēsare vt quis contrahat in ipsis impedimentis.vide infra. Impedimentum.18. §.2.& 3.

IMPEDIMENTVM 1. dicit interdictum ecclesiæ. & istud interd.ctū est duplex. quoddam gñale quo prohibetur clandestinè contrahere matrimonium omnibus de quo dic vt s̄.clādestinū Aliud est interdictum spāle q̄ p̄hibeē p̄p aliq̄ cām legitimā nè ɔ̄hat, & istud interdictū non p̄t fieri, nisi ab eo qui p̄t de cā matrimoniali cognoscere, sicut est epus,vel alius ordinarius, & qui habeat peritiam canonum.[a] de consan. & af. c.1.vnde contrahens cōtra istud iterdictū peccat mortaliter,& si cā p̄p quā factū est interdictū ē perpetua,[b] sic omnino separabunē data sententia diuortij, probato impedimento de matri. contra in.er.ec.contra c.vl. Si verò erat temporalis. sic tenebit matrimonium. sed in pœnā debent ad tempus separari.de matr.contra in tei ec.contia.c. 1.& 2.

IMPEDIMENTVM s̄m dr̄ feriarum.[c] Nam vt not.

in lętitiam, cum tamē sit tempus tristitiæ. Hæc Tho. in 4.dist 32.

d Nihil dicit de octaua] Idem Pa.in d.c.capellanus. ad hoc facit.c.1.de treu. & pace.

e Per verba de præsenti] Hos. in sua summa tenebat q̄ si licebat sed malè.

f Pōt omni tempore] Videnē in fin.iii,q̄ licēt secundū leges non liceat infra tēp' luct' mulieri nubere, pōt tamen sine aliqua pen. infra; hoc tēpus effici spōsa quia cessat prohibitionis ratio, cum q̄ hoc non fiat sanguinis perturbatio seu cōmistio. l.solet.ff de insa mi. & ita loquitur tex d.c.capellanus matrimonium quocūque tempore contrahi &c.hoc etiam dicit gl.1 §.hinc et am.34.q.4.

g Sed solùm prohibetur] Secundū.S Bo. duplex ē ratio quare his tribus temporibus interdictum est nuptias celebrare. Vna.ē moralis, alia figuralis. Moralis est, quia in his trib' temporib' anni p̄pter precipuarum solennitaté expectationem, in quib. cōsueuerūt fideles cōica re. s. natali dñi, Pasca,& Penthecoste. & debēt se fideles preparare, vt dominum susi possint dignè, & reuerenter recipere, & per hoc debent sensum a terrenis aliqua-

Pa.in c.capellan'.de ferijs, prohibētur nuptię celebrari ab aduentu vsque ad Epiphaniā inclusiuè, licèt Ho. dicat etiam includi octauā, sed tu tene nō includi, quia c.non oportet 33.q.4.nihil dicit de octaua.[d] nisi cōsuetudo esset, quia illa seruanda.l. si de interpretatione. ff.de leg.Item a septuagesima vsque in octauā paschæ inclusiuè, quia in d.c.capellanus.dicitur post octauā. ergo non in octaua.Item a primo die rogationū q̄ est. 2.feria ante ascensionē dñi vsque ad octauam Penthecostes inclusiuè.quia litera dicit ī d c. capellanus post 7.dies post festum penthecostes.non.n.essent.7. dies nisi dñica includeretur. Facit qđ ibi dr̄ tres septimanas q̄ non essēt, nisi includeret,& expone literā cum dicit post.7.dies festi pēth. quod caret octauis nuptiæ suspēdanē in dñica quæ sequitur, & deinceps &c.vt intelligas de dñica secūda post Penthecostes. non q̄a oportet expectare vsq; tūc sed q̄a si vult celebrare eas in die solēni (vt cōiter fit) oportet expectet vsq; tūc.

1 Verū in præfatis tpib. p̄hibeaē totaliter ɔtract' matrimonij.e℞.Pa.i d.c.capellanus q̄ non.q̄a mr̄imoniū sine alia celebritate sed solū per verba de præsenti[e] corā facie ecclesiæ p̄t oī pe[f] ɔ̄hi cū nō inueniatur aliqua cā p̄hibitionis, quia in tali consensu nullū est peccatū, imo est sacrm̄ vt in c.debitum de biga. sed solùm prohibetur[g] solēnitas nu-

animus eleuare, & qm̃ in spõsę traductione & nuptiarum celebratione pp̃ nouitatem vehemẽter animus conuertitur ad illud quod deorsum est, & ad gaudia vana. ideo illa tria tpa rõnabili cã sunt interdicta. In quibus etiam multæ abusiones fiunt quę non cõueniunt. Et concor. Ric & Tho. Alia est cõ singularis. s. q̃a in his temporibus sunt dies ieiuniorũ. & sic dr̃ Mathe. 9. Non debent filij spõsi lugere quã diu cum illis est sponsus. Cũ aũt auferetur &c. Iõ quodammõ his diebus signatur absentia sponsi, & ideo in talib⁹ diebus nõ debet fieri coniunctio spõsi & spõsę nec nuptiarũ celebratio &c. Quid aũt de sabbato aduẽtus, nunqd pñt nuptię celebrari? Rñ. attendi debet consuetudo. Aliàs a vespere feriæ incipiant, excepto sabbato septuagesimæ, quia excludunt in vespere. ex quo in ipsis non abdicatur canticum lætitiæ, s. Allelnia. Hæc secũdùm Archiep. Florẽ. Et cecitat Rosę. in hoc impedimento.

a Credo etiam] Ri. in 4 di. 32. ar. 3. q. 1. tenet idem in viduis, φ in virginibus & idẽ Io An. & Pan. in d. ca. capellanus, & dicunt φ omnis noua cõmixtio carnis his diebus prohibetur, imo si cõiungerentur dicunt pfati φ dẽt dirimi thor⁹ donec ducẽt ſtrię. d. c. ñ oportet. & placet.

nuptialis vt sunt cõuiuia, & aliæ similes solẽnitates, & solẽnis traductio, & carnis noua commixtio, vt tenet gl. in c. capellanus. Qui autem facit contrariũ. peccat mortaliter. quia contra interdictũ ecclesiæ contrahit. de matri ɔtra inter ec. contra per totum. Tenet tñ Pe. de Pa. quòd solùm erit peccatũ mortale, qñ prima vice cõsummat nõ postea, nisi faceret in cõtemptum ecclesiæ. Credo etiam a φ si mulier quæ aliũ habuit virum & vir qui aliam habuit vxorẽ ɔtraherẽt simul & consummarent sine alia solennitate coniugium, φ non peccarent mortaliter. quia in eis cessat ratio prohibitionis prædicta.

IMPEDIMENTVM tertiũ dicitur conditio, & hic accipio hanc conditionem ppriè. s. prout est suspẽsiua actus, de qua hẽs. s. cõditio. §. 1. q̃ fit per hãc dictionem si. Vnde si qs ɔtrahat cũ aliqua sub ista conditione, si pater suus erit contẽtus, & hmõi. nõ erit mr̃imonium donec cõditio impleatur, b & si nũquam impleretur, nunquã esset matrimoniũ. a Ad cuius declarationẽ est sciendũ, quia conditiones sunt in quadruplici genere. s. honestę turpes. idifferẽtes, & impossibiles, ho

b Donec conditio impleatur] Matrimoniũ ẽhi põt sub conditione c. super eo. & c. per tuas. de condi. appo. sed contra actus legitimi non recipiunt diem neque conditionẽ. c. actus de re. iu. lib. 6. sed matrimonium est actus legitimus ergo &c. R es. gl. in d. c. sup eo. φ illi sunt quasi con. actus sed matrimoniũ est actus legitimus ergo &c. Item gl. in d. c. actus, & d An. in d. c. super eo. & illa regula actus procedit in casib ibi enarratis, & non in alijs ideo dicit actus legitimi qui, & illud relatiuũ qui stat restrictiuè secundùm Cardi. ibi idem Io. An. in d. c. su. per eo. Item contra, quia bonum est arg. de matrimonio spiritua. li ad carnale. ca. quoniam vt lit. non con. li 6 sed spũale nõ potest fieri sub cõditione. c. 3. de ele. in. 6 ergo nec carnale. Io. An. & alij. i d. c super eo dicit quod spiritua le non põt fieri pp maturitatem cõsilij quę in electiõe requiritur, secus in carnali in quo sufficit ɔsensus. c. dilect⁹. de sponf. & ętas. c. 1. & 2. de cõtu. lepco. i spũali requiritur idoneitas. de qua in ca. cum in cunctis. de ele ideo non potest fieri sub conditione.

nestæ sunt oẽs illæ q̃ faciũt ad ɔdecẽtiã mr̃imonij vt φ parẽtes fiãt ɔtenti, vel q̃ nõ derogãt honestati vt si dederis mihi dotem. si pr̃ tu⁹ remiserit mihi iniuriã. & hmõi. Et istę si apponãt in mr̃imonio ipsum ipediunt, vt non sit donec condi io veniat in eẽ. vñ si ille q sub tali ɔditione contraxit mutet aium, & dissẽtiat, vel aliã sine ɔditiõe accipiat antequã conditio impleatur iam non erit mr̃imonium c primũ, licèt postea cõditio eueniat. Verũ est qd̃ si non transiuit ad secunda vota ecclesia compellet eum vt eã accipiat ex quo conditio aduenit. de con. appo. super eo in tex. & gl. Fallit hoc i duob. casib. Primus si pendente conditione cõmisceãtur carnaliter. d Et intelligẽ secundũ φ s. dixi mr̃imoniũ. 2. §. 6. vel consensus de pñti absolutus adueniat. de con. appo. c. de illis. & c. super eo. & ca. per tuas quia tunc erit mr̃imoniũ de pñti absolutum. Secundus casus est si conditio est necessaria, vt cum dr̃ accipio te in meã vxorẽ si sol fuerit i cancro i ęstate & huiusmodi, qa ex quo oino talis conditio ẽ exitura necessariò, statim est mr̃imonium, qa talia futura sunt iam præsentia in causis suis tex. est

c Iã nõ erit mr̃imonium] Rñ est quia mr̃imoniũ conditionale habet vim spõsaliorũ de futuro secundùm Pa. in d. c. sup eo. vñ sicut sponsalia tollun tur p sub. equẽte mr̃imoniũ. c. 1 de sponf. ita & mr̃imoniũ conditionale pec subsequens purum. c. veric de sponf. li. 6. vide Pa. omnino vbi s̃ & Ale.

d Cõmisceantur carnaliter] Et sic copula carnalia opatur duo s effectus, primũ quia conditionẽ purificat secundũ qa sponsalia de futuro mr̃imoniũ resoluit Et sic vr̃r duo ipalia cõcurrere ẽ l. 1. C. de do. promiss. Sed illud fallit qñ vnũ venit in consequentiã alterius, & patet si. . . ut. n. dicimus copulã facere sponsalia esse matrimonium, vt euitetur peccatum. s. nè præsumatur fornicatio, eouẽ

 modo

apert[9] in l. si pupillus. §. 1. [a] ff de noua. Vñ nec propriè dēt dici condi io. l. hæres meus. ff. de cond. & de. hoc tenet Ho. Car. & Pa. in d. c. p tuas đ cōd. appo. & s. Bo. i 4 di. 28. & S. Th. in 4. dist. 27. Sed contrariū tenet gl. Io. Gof. & Io. And. in d. c. p tuas, & dicunt, q si trāseāt ad secūda vota tenebit s̄m mr̄imoniū contractū añ cō dōnis euentū. Ego verò credo in fo. conten. veriorē secundā opi. in foro ār aīæ iudicandū est s̄m eorū intentionē. Si n. non intendebāt tūc contrahere, sed in tp̄s conditionis, sic nō erit mr̄imoniū, & sic e. ít vera secūda opinio, qa licèt stipulatio sub ɔditione q̄ oino est extinctura non sit conditionalis, est tñ in diē ita qđ nō debeē aliqd anteq̄ veniat, vt no. i d. §. 1. facit. l. hr̄s me[9] in prin. ff. de cond. & dem. vbi licet legatū factū Titio cū morieē non sit conditionale tñ non teneē hęres soluere antequā moriatur, eēt benè cōditionale si legarentur centū Titio cū morieē hæres. Ratio qa si moreretē legatarius primò q̄ hæres, legatū expiraret morte legatarij, sed non in primo casu, quia trāsiret ad hæredes vt in d. l. hæres. Et sic patet q condō q̄ oino ē extinctura aliqñ facit ɔctū ɔdōnatū aliqñ non, & qñ nō ē conditionatū est tñ in diē, & sic non erit mr̄imoniū de præsenti, nisi aliud intendat. [b]

1 Sed nunqd condō quę necessario subintelligit in contractu si exprimatur faciat conditionalē? R. q nō, vt in l. hęc verba testatoris. ff. de leg. 1. & in l. conditiones, & l. aliqñ. ff de cond. & dem. Nā legatum factū sub ista conditione, si hęres hæreditatē adierit non est cōditionale, quia necessariò subintelligitur, vt in dictis iurib. patet. Sed si contract[9] posset fieri ēt non existente illa conditione, sic si apponatur facit contractū cōditionalē, & secundū hāc distinctionē cōcor. Arc. & Io. An. in c. vni. de spons. li. 6. q videtur contrarij. Sic ergo patet q̄uo mr̄imonium vel sponsalia non sunt cōditionalia, qñ dr̄ contraho cū tali si ipsa in me consenserit, & hmōi, secus si diceret si deo placuerit, & huiusmodi, quia non necessariò insunt, quia pt̄ esse matrimonium contra volūtatē Dei.

2 Sed pone q quis contraxit sub conditione, si patri suo placuerit, pr̄ primò dissentit, sed postea mutata voluntate consentit? R. q non erit mr̄imoniū, p l. boues. §. hoc sermone ff. de ver. sign. & l. hęc conditio la picola ff. de cond. & dem. quia ista conditio, si pr̄ meus consenserit debet verificari de primo consensu, ex quo quia non fuit ideo expirauit. Vnde sicut copula carnalis q̄ de sua natura hēt purificare cōditionē, non purificat qñ inuenit extinctū vinculum, vt puta quia superuenit affinitas post mr̄imoniū conditionaliter contractum ante conditionis euentum. Aut qa ɔditio expirauit & nō fuit impleta; sic & in proposito, & hoc tene postquā aliam accepit, licèt d. Car. in d. c. super eo dicat tenere matrimonium, si taliter contrahentes perseuerabant in primo proposito [c]

3 Sed quid si præfatus pater nec consensit nec dissēsit expresse? R. credo q non erit mr̄imoniū p l q hęred. §. 1 & per l. Mæui[9]. ff. de cond. & dem vbi patet quod conditio debet impleri in forma specifica. ergo requiritur vt expsè consentiat. Ho. tamen [d] & sequit Car. in d. c. sup eo dicūt qđ tenet matri-

modo dicendum conditionem purificare ꝗ̄ præsumatur fornicatio. Fallit nisi ɔ̄heret affinitatem cognoscendo cōsanguineam ipsō sę, quia tunc nō posset habere ipsā sam in vxorem. c. veniens, & ca. ex literis & cap. transmissę, de eo qui co. consang. vxo. suę secundū Ioan Andr. in d. c. de illis.

a L. si pupillus. §. 3.] Dicit ibi Ba. q stipulatio pura, licèt sit certū quod moriar & tñ incertū qñ ad ideo expectari dēt dies Bar. i l. si constituere. §. 2. ff. sol. ma. dicit Conditio q̄ omnino est extitura ita demum impedit natiuitatem actionis si est incerta an, & quando secus si est certa an, & incerta qñ. Et đ hoc tex. ibi & bonus tex. in l. Iuli. verum. ff. de cond. ideb. & ibi no. glos. in ver. solutionis, bñ facit tex. in l. nisi finita. ff. de tu. & cōdistr. vbi licet certū sit tutelam morte finiri, tñ non oritur actio, nisi tutela finita, vt ibi & plenè per Bar. in lata stipulat[9]. 2. quæst. de verbo. obligation. & in l. centesimis. de verb. obl. & in d. l. hr̄s meus de cōdit. & demon.

b Nisi aliud intendat] Adde cō filiū mon. Q̄d recitat Ro. nā dicit in talib. casibq̄ i iure non sunt ita clari suam nō es-

set pcipitandā, al terutro assentiēte parti nascitur ɔtrā vñ si post talē ɔctū condōnalē incōtinenter cum alia ɔ̄xisset, bonū eet Papā consulere, vel dissimulare anteq̄ mr̄imoniū s̄m dissolueretur, similiter si transisset ad religionē, videretur ee dissimulandū.

c In primo ppo sito] secūdū Ale. dīc iura allegata p C a r. non loqui in terminis cōditionalib. vñ non vr̄ verū, q dicit, qa quāprimum deficit cōdō ɔct[9] dr̄ expirasse, ergò consensus patris matrimoniū non operabitur.

d Host. tñ] Facit qa in fauorabilibus hr̄ p consensu taciturnitas regula q tacet. đ re. iu. li. 6. Sed intelligitur quādo respicit fauorem

facetis.l.si remunerandi.§.pastus & l. q patit ff.mandati. Hic autē pr̄ fauorē ex mr̄imonio nō consequetur &c.nisi.in ampla dote, item quia matrimonium est quid fauorabile.c.fi. in corappo.

a Et est verior] Ista quæstio est multū difficilis qa d.Ant.& Cal tenēt partē affirmatiuā. Inn. & Pa. Car Za.a. tenēt §. Idem Frā. de Areti. in consil. 141. incipit ex facto Alexādri. in d. c. superaīl. hinc inde argumenta & nullā partē tenet Ros. mri. 4. § 15. cū sequen. tenet tenet opi. Inn. & Pan. & qdā alij summistę idē dicūt. Mihi videt̄ q̄ cōcordia hic in fin. posita sit multū sufficiens quā dēs tenere. quāquā qdā impugnent & malè. Nōne. d. Car. Alexādrinus videat rōnes omniū cū sit moder nus & tū religā cogitandū, qa ab vtraq; parte vidit rōnes efficaces. vū non est cōdemnanda cōcordia autoris imo cōmēdāda.

b Facit simi iter.l.3.] Illa lex parū facit. & similiter.l.pen.pa tet ibi in tex.

c Non casu do tis] De hoc est tex.in c de illis. de condi appo. vbi dicit̄ Si verò animis sub huiusmodi verbis iuremētum alicui muheri p̄stiti ego te i vxo rem accipiam, si tantū mihi do naueris reus piu rij non habebit, si eam nolentē sibi soluere qd sibi dari petit nō acceperit in vxorem nisi consen

matrimonium & q̄ fit spōle in matrimonio. Et hæc opinio tenenda, vbi ad secūda vota non est deuentum. aliàs primum verius est de iure iudicio meo.

4 Vtrū matrimoniū ɔ̄ctum sub ɔditione cū sint affines si dn̄s Papa voluerit dispēsare, teneat adueniēte conditione sine alio ɔsensu? R̄. Pa.& Inn.in d.c. super eo. videntur tenere q̄ non, qa primus consensus est oino a iure reprobat⁹ ꝑ quib. facit.l.inter stipulantem.§.sacram ff de ver.ob. & l.continuus.§.cum quis e.tit.facit.l.apud Iulianū.ff. de le. 1. Sed i contrariū q̄ teneat est d.An. & quidā alij in d. c.super eo.& est verior ᵃ ꝑ l.si rē meam.ff.de verb. ob. Vbi possum stipulari rem meā in tp̄s conditionis, qn̄ mea non erit, licèt nūc cū sit mea non possim.facit similiter l.3.ᵇ iuncta l. pe.ff. de oper.pub. Vbi valet mādatū priuati de opere publico faciēdo principe annuente, q̄ tamen aliàs non valeret. Nec ob.d.§.sacram & §. cū quis sub conditione, qa ibi vitiū erat in re q̄ non e.at in commertio, nec potest esse. sed non sic est in casu nostro, qa sublato impedimento ꝓhibitionis per dispēsātionem nihil obstat. Faciunt no.in c.in causis.in fi.de ele.& in c.nisi cū pridem.in fi.de renunti. Item nec l.apud Iulia. prædicta, qa dēt intelligi verum esse conditionē fore impossibi-

lē quæ pendet ex voluntate principis in his q̄ princeps non solet concedere. vt ibi patet, quia ibi loquit̄ de prædijs in patrimonio Cæsaris redactis, q Cæsar non solet alienare non in solitis ɔcedi dispēsatiuè. vt est tex.in l. intercidit. ff. de cond.& dem. Et ideo hanc partē tene antequā trāseat ad secūda vota ꝑ qua facit q̄ no.Bar.in d.l.si rem meā sed postquā trāsiuit posses tenere primam.

5 Vtrū teneat conditio si donaueris mihi centum ac cipio te in vxorē? R̄. q̄ non text. est in l.si ita stipulatus fuero te tibi §.si tibi nupsero.ff.de ver.ob. Quod limita quando talis stipulatio fit non causa dotis. ᶜ vel quando non subest iusta cā petendi illud. aliàs sic. Vnde dicit ibi Bar.ᵈ q̄ si nobis contraheret cū plebea non esset inhonestū si in re compensationem nobilitas aliquid exigeretur.

6 Sed pone q̄ B. contraxit cum A sub præfata conditione, & ante conditionis euentū contraxit cū C. sub eadē conditione. demū A. & C. eodē tp̄e dat centum q̄ istorū erit matrimoniū? R̄. q̄ neutrū ratione incertitudinis. facit. l. si fuerit. in prin. ff. de reb⁹ dub.& l.duo sunt Titij.ff.de testa.tut Item quia contractus conditionalis suscipit robur ab implemento. l cedere diē.ff.de ver. signi.& ideo perinde est ac si cum duobus contraheret simul eo.tp̄e. Nec ob.l.potior. §.videamus.ff.qui po. in pig. habeantur.l. nec empto.in prin.ff.de contrahen. empti.

sus de præsenti. aut carnalis sit inter eos copula subsequuta.

d Ibi Bart.] Nec ob.tex.in d. §. si tibi nupsero, vbi dr̄. si mulier stipulatur a viro centum sibi dari si sibi nupserit, non valet stipulatio, tanquā inhonesta & idè dicit persona viri, ne videatur ꝑ libidinem de disse cētum, vel matrimoniu ɔ. 7 ilic, quia i ndicetur q̄ nō subest iusta cā petendi donu, tunc valet cōditio seu stipulatio. nam tex. ibi non annullat indistinctè stipulationem, sed dicit q̄ cā cognita ē annulāda. Causa aute honesta posset esse dos. vt dicit Pa. in d. c. da illis exemplum vt in tex. hic ꝑ Bart. Et ad de no. in l. si volumtatem C. de dot. ꝓmis. & in l. si diuortio.ff.& verbo.olig. Alio cā pōt eē, ꝓmittebātur illa cētū pro bono pacis, vel mr̄imonium conciliandū. Et vult Bar. in d.§. tibi nupsero. & Bald. in c. accedens de procur. Vbi allegat. tex. quē ad hoc dicit sing. in l. creditor. §. Titius.circa. fi. ff. mādati. ad idē.l. ex ea.§. 1.ff. de verbo.ob li.& ibi Bar.dicit de promittente amico suo quòd nō luderet amplᵉ sub certa pœna,

Vbi implementū conditionis trahiť ad diē ꝯtract⁹ celebrati. vt perinde habeať ac si a principio fuisset contract⁹ purus vt sic primum videať valere, qa p̄dicta iura intelliguntť qn̄ nō est in potestate gerentis[a] fm tollere, qa si eēt in ptāte eius tollere (vt in casu nr̄o) bn̄ tollereť. vt in d.l. potior. in prin. nec secundū p̄t primò p̄iudicare, qa nō est maius vinculū q̄ primū. Et hoc teneas, qa cōis opinio est, nisi conditio impleta fuisset citius ab aliquo eorum, quia illud esset matrimonium.[b]

7 Verū contrahens cū aliqua cū conditione, si te inuenero virginē teneat? R̷. secundū Car. in d. c. p tuas ꝙ si ista conditio intelligať si te inuenero per aspectū matronarum & hm̄ōi, sic tenet ꝯditio. Si verò referať si te inuenero virginē, s. per copulam. & sic reijciť tanq̄ turpis, & tenet mr̄imoniū, licèt nō sit virgo[c] & sic intellige gl. in d.c. p tuas, & cōiter doc. q eā sequūtur.[d]

8 Quid si dicat si permiseris me coire tecum accipiā te in coniugem, vel dabo tibi centū? R̷. ꝙ nō erit mr̄imoniū p copulā, qa potest se liberare dando centum.

9 Quid si dicat ꝯhā tecū, si permiseris coitū. Aut promitto tibi ꝙ si vxorē accipiā te accipiam, si permiseris me coire tecū? R̷. ꝙ pro mr̄imonio est iudicandum in prima copula, sed nō añ copulam, qa secundū Inn. licèt ista cōditio sit inhonesta, tñ suspēdit ꝯtctū, sed purificatur in prima copula. Alij dicunt ꝙ si intelligať d̄ copula matrimoniali, sic est honesta & suspendit. si de alia fornicaria, sic dēt hēri pro non adiecta. vt no. in d.c. duob. de spō. duo. & sic erit mr̄imonium ēt ante copulam, & videtur verius.[e]

10 Cōditio quæ est de ptō vel de p̄ñti[f] aliquo nō propriè cōditio est. vt in l. institutio talis. §. 1. ff. de ꝯd. inst. vitiat tñ si nō fuit, vt ibi gl.

11 Aliæ cōditiones sunt turpes, & inhonestæ, & si sunt ꝯtra substātialia mr̄imonij, vt ꝯtra inseparabilitatē, aut contra bonū fidei vel ꝯtra bonū prolis eo mō quo de substantia sunt de qbus qn̄ sunt substātiales dixi. s. mr̄imoniū 2. §. 23. sic vitiant, & non vitiantur. vt patet in c. fi. de cō. ap. facit. c. detrahe. 1. q. 1. & l. cū ij. §. si ptor. ff. de transac. qa remota parte substantiali non potest ꝯsistere aliqd, si verò nō sunt ꝯ̈ substantialia mr̄imonij. sic vitiantur, & non vitiať, & sic perinde ē ac si fuisset contractū sine conditione, vt no. in d.c. fi. ex hoc patet solutio multarum qōnum. Vnde contrahens donec aliam meliorē iueniat nihil facit. Item si venena sterilitatis pcurabis. Itē si nō seruabis mihi fidem aliam volo posse accipere & hm̄ōi. quia nihil fit. & istud dicit Pa. in d.c. fi. fuisse in facto.

quia valet hęc promissio. Et si dicatur ꝙ matrimonium est quid spirituale, quia est sacramētum, ergo pro eo non pōt dari aliquid sine simonia. c. quā pio cum si. 1. q. 1. & pactiones in spiritualibus prohibentur. c. fi. de pac. quia. Res. ꝙ datum tale est causa dotis vel propter onera matrimonij, quod licèt l. pro onerib. C. de iur. do. c. salubriter. de vsu.

a In potestate gerētis] Tūc retrotrahitur quando nō est in ptāte gerentis. i. debitoris tollere secundùm. Et sic quando cōditio est casualis. q. d. Secus si conditio esset potestatiua, quia non retrotrahiť. In casu verò nostro in fa ultate. B. erat tollere secūdùm matrimonium contrahendo cum vna alia vel cum prima, & econuerso.

b Quia illud esset mr̄imoniū] Hāc q examinat plenissimè Alex. in c. 1. de cōdi ap po. & concludit rōne incertitudinis nullam valere. adde capit. ad hæc. de rescri. & c. tibi, ꝗ̃ sicta gl. e. ti. li. 6. in ver. certo. Et faciūt not. in c. ex literis. el. 2. de sponsa. Vbi īcertitudo vitiat mr̄imoniū. Ideo dicendū non esse alligatum. Itē facit quia tempora non pōt quis hr̄e duas vxores qd̄ esset in casu nr̄o per purificationē cōditionis simul factam.

c Licèt nō sit virgo] Hoc autem intellige in foro iudicij secūdùm Hosti. licèt secus in foro animæ, qa ista conditio videtur honesta cum fortasse talis intendat vitare bigamiam, quæ incurritur si quis contraxit cum corrupta. 33. di. Maritum. & c. a nobis. de bigamis. Imo si credebat virginem & inuenit eam corruptam, vt c. si cuius. cum ca. seq. 34. di. & etiam in foro iudicij si posset probari p suam cōfessionē, & sibi imputetur quę cōtraxit sub tali cōditione volens decipere.

d Sequūtur] Cardi. Ale. Idem Areti. in cons. incipit in Christi nomine. & hoc verum si verba sunt in futurum concepta vt hic dicitur. Si verò sunt de p̄ñti cōcepta hoc mō. Accipio te si es virgo ista conditio hunc effectum operatur, qa statim est matrimonium, si est virgo si verò non erat non valet ipso iure, quia conditio de p̄ñti vel de p̄terito hanc naturam hēt, quia si sit vera incontinēti valēt act⁹, si falsa non valet. l. cū ad præsens. ff. si certum petat. & vide in §. 10.

e Et videtur verius] idem tenet Arc. in c. duobus 27. q. 2. Et Ale. in c. 1. de spons. duorum. Vbi plenè, & dicit hanc esse communem opi. &c. licèt faciat in contrarium. l. ꝙ si ab initio. ff. si cer. pe. Vbi si posui pœnes te centum pacto apposito, vt si voles vti sit mutuum, nō erit mutuum nisi tu vsus fueris, nec sufficit ꝙ cœpis velle vti. Et exponitur si p̄miseris cognosci. cātiuè. s. volo vt permittas.

f De p̄ñti] Vide Aliàs sec⁹, vtputa si te adulterandam prostitues.

Supra. §. 8. in postil. in fi.
a Negare posss] imo dicit ibi Pa. cõditio resolutiua impedit mři. moniũ. vt si dicat accipio te i vxorẽ, & si adulteriũ cõmittes volo ac cipere aliã, istud mřimoniũ nõ tenet secũdũ eũ, & sic nõ vř hic benè rñderi. Quia ponit exemplum illud, si ꝑ quæstu adulterãdã tetra des, ꝙ nõ fit contra substantialia matrimonij. Et sic valeat, sed pro declaratione dic. Quędã sũt conditiones necessariç q̃dã accidentales. Necessariæ iõ dicũtur qa fine eis actus stare nõ ꝑt. Puta Christian⁹ ꝯhit cũ Iudea matrimoniũ sub cõditione si baptizet, valet matrimoniũ isto casu. gl. in d. c. si & suspendet vsq; ad aduentũ cõditionis accidentales distiguũt, vt hic.
b Mřimoniũ erit purũ] Vñ cum de scẽditur ad copulã vř recessum a cõditiõe ex quo vtraq. ps nõ con sentit turpitudini, & iõ d. Ant. & Pa. in c cũ. M. de cons. dicũt cautè sint mulieres vt qñ viri apponũt cõditiones tales taceãt qa eri: purũ mřimonium.
c Iõ & cõsensũ] Hæc habentur a Sco. S. Bo & Ric. distin. 30. quarti.

stitues licet cano. teneant cõiter ꝙ non fit mřimoniũ. Tu tñ dic ꝙ ẽ matrimoniũ & conditio reijcit qa non est contra essentialia matrimonij. vt s. dixi. & tex. c. si. ꝑ dicti. vbi se fundãt cano. intelligit qñ ponit sub conditione resolutiua. vel qñ ponit si te adulterandam prostitues taliter ꝙ mihi debitum negare possis.ᵃ

12 Aliæ conditiones sũt impossibiles, vt si cęlum digito tetigeris & hmõi. & tales reijciũt fauore mřimonij, & habentur pro nõ positis, vt in d. c. si. licèt i alijs ꝯtib. a mřimonio viriẽt ꝯtractũ, vt in d. c. si. & §. ipossibilis inst. de hær. inst.

2 Sed quæritur an notarij constituti a talibus possint vbique cōficere instrumenta? ℞. ſm Panormi. in d.c.cum P. ꝙ non nisi in territorio constituentis, vnde creatus ab imperatore nō conficet in terris Papæ nec econtrario. Sed bene instrumenta cōfecta in territorio illius qui eum constituit, valent etiam extra territoriū. cōmunē opin. vt in d. ca.cum P.no. Pan.pe.colū.

3 Vtrū possint clerici esse tabelliones, vide supra. Clericus.9 §.9.

4 Vtrum religiosus si in sęculo fuerat possit tale officium exercere. ℞. ꝙ non, nisi contra hæreticos, vt not.Ioan.And.in capit.officium.§ ad scribendas, de hæreti. libr. 6. dicit tamen Guil. in Speculo ꝙ vetera poterit cōplere, sed noua assumere.l. alienationes. ff. famil. ercis. & iudæis cap. iudęi.1.

5 Vtrum tabellio puniatur si conficiat instrumenta de actu reprobato a iure. Resp. Pa. in c.1.circa.fi. de fi.instr.ꝙ sic.l. iubemus nulli.C.de sa.san.eccle. gl. in d.l.generali. d no.in Specu. in tit. de instru. edic. e

6 Quam scientiam f debet habere. ℞. Bar. in l. fi. C.de tabel.lib 10. ꝙ debet scire summā,& similia quæ pertinent ad artem notariæ. g alias imputabitur sibi, non tamen tenetur esse doctor, facit quod not.Innocen. in cap. cum in cunctis, de elect. & ideo parti tenetur restituere damnū quod imperitia sua dedit.l. illicitas.§ sicuti.ff.de offic. pręsid.not.Panormita.in d. capitu. 1.

e Spe.de Instru.edi.] In §.restat, ver.sed nunquid tabellio.vbi dicit verba formalia prædictæ gl. Adde hic supra.Restitutio.1.ver.vsurarius.§ 6. adde Bal. in l.2. C. de eunuchis, vbi dicit ꝙ tabellio qui confi cit instrumentum illicitum debet puniri etiam criminaliter, quod est notandum secūdū eū. allegatur optimum tex. in §. quia vero verisimile, in fi. auc. de non alie.colla.2. allegat etiam Io.de Ana.in cap. Michael, de vsu.Ang.in l. si sciente.ff.de perici.ꝙ talis no tarius tenetur restituere vsuras, quas def. [illegible] psit in suis instrumentis,allegat etiam Bal.in l 2.C. fal. di.ꝙ vidit vnum notarium condemnari de fal. so, ex eo quia apposuerat pœnam in instrumento ff sic nota. ꝙ licet in principali valeat instrumentū, tamen q̃a est falsum in accessorio potest accusari ð falso, vi de ēt bonū tex. in l. 1. C. vt ne. adpatroci.li.11. & vide ibi Ange.& Bar.

f Sciētiam] Dicit Inno. ꝙ quilibet tenetur scire spectāt a.l suū officium exercendū,alias si cōmittit talē quē errorē ꝑ ignorantiā tenetur, d.l.illicitas, & regula non est, de reg. iur.in 6 idem dicit Pa. in c. sicut tene.ne cleri. vł mon. Itē si omittit aliquid in instrumento apponere qd noceat parti. tenetur ð damnis interesse.l.6.C. de magi.conue. q tex. ſm Bar. & alios ibi est sin. & ita bitur iuramento partis quantū sit interest ei, ſm Cal. & Alex. in l. q accusare. C.de edēn.intelligē si dolo notari, hoc factū est. Secus sic culpa, quia tunc deberet ꝓbari per testes vel aliter, vt dicit Bal. in l.fi. in pe.col.C.de eden.ꝑ tex.ad hor sing. secūdū eū ibi in l.argentarius.§.eū autē. & ibi Bal.& Ang.ff de eden.vide per do. Ias.in l.errore scribe. C.de testam.

g Ad artem notarius] Nota & notarius in prin.sui officij sex debet iurare de consuetudine, vt dicit Hostien.& Panorm.in d.c.sicut te.Primo ꝙ de his q̃ videbit & audiet & requisitus fuerit sine diminutione veritatis,& commixtione falsitatis conficere instrumētum,qđ semp requisitus pōt cōficere, nisi cō miserit falsitatē in offi.10. Ita dicit l. si aliq uid. C. de susce.& Archi. lib. 10. & vide Inno.in c.fraternitatis,

tatio, hære. & requisitus tenetur conficere instrumentum, nã notari⁹ dicitur seruus publicus, vt d. l. si aliquid. Secũdo iurat q fecreta sibi iniuncta celabit, hoc verum qñ ex iusta causa iniungitur silentium, alias non cum sit p̃sona publicam nõ debet latenter sed palam facere, ar. c. 1. vt ec. benefi. Tertio q super nullo illicito cõtractu patietur se rogari nec conficiet instrumentũ. Alias debet deponi & ab offõ remoueri. l. iubemus, & ibi no. C. de sac. san. ecc. vide supra restitutio. 1. in ver. viutarius. §. 6 Quarto qd omnibus instrumẽtis tenebit p̃nes se ꝓtocollũ, pro hoc. ca. qm̃ contra, de ꝓba. Quinto q erit fidelis illi a quo fuit cõstitutus, & si sciret dãnũ suũ tractari reuelabit p se vel per nunciũ. Sexto q exercebit offm̃ remotis amore cupiditate odio, & timore s̃m bonam conscientiam de quo vide Spe. ti. de instrum. edic. §. restat ver. quæ ro sub qua forma vbi põit formã creandi tabellionem, hæc Pa. Et notarius pandens alteri attestationes antequam sint publicatę dicitur piurus, patet ex secũdo qd iurat vt dictum est supra & secũdum Bal. in

7 Quæ requirũtur ad validitatem instrumentorũ. Respon. q 14. quæ. no. Pa. in d. c. 1. in 1. col. in fine. a Debet imponere. Primò inuocationem nominis domini. Secundo annum domini. Tertiò nomen imperatoris in terris sibi subiectis, vł regis vel Papę. Quartò nomen cõsulis, sed istud non seruatur. Quintò locũ contractus. Sextò mensem & diem. Septimò indictionem. Octauò seriem facti. Nonò testes. Decimò signũ consuetum notarij. Vndecimo q confecta coram, partibus legãtur. Duodecimò, quod sit cõstitutus notari⁹ ab eo qui habet potestate. Tertiodecimò qđ appareat q notarius fuerit rogatus. Quartodecimo quod talis nota ius sit habilis, quia si esset excommunicatus notoriè, b vel priuatus potestate & huiusmodi non valeret, de quibus omnibus vide per eundem Pa. in d. c. 1. si placet.

TACITVRNITAS aliquando ẽ actus virtutis quando congruo tẽpore tenetur. Aliquãdo vero est nomen vicij. Vñ Grego. Si inordinatum silentiũ culpa non esset propheta non dixisset scilicet Isaias. 6. vę mihi quia tacui. & est in genere delicti, & est aliquando mortale peccatũ scilicet non loquitur cum tenetur loco & tempore, puta tempore cõfessionis, correctionis instructionis, & huiusmodi necessario fiẽdæ, vt in gl. 25. d. §. aľs c aliquando veniale vt quando homo non loquitur cũ deberet tamen sed non de necessitate. Aliquando nullum quando expectatur locus & tempus congruum, & secundum hoc intelligitur illud 2. Thi. vlti. Insta importuna opportune. Vbi glo opportune quãtum ad eos quibus placet. d Importune quantum ad eos quibus diplicet, dummodo in futuro prodesse possit. Sed quando omnino nõ poterit prodesse, sed sunt incorrigibiles sic cessandũ est, secundum illud nolite sanctum dare canib. e Math. 7. nisi sit prælatus propter alias ne corrumpantur tenetur talem tradere sathanę de quo vide supra correctio, primo §. 3.

TALLIAM Vel exactionem collectã seu quæstam vtrum possint domini suis subditis imponere. Respon. vt ex Ricar. in 2. dist. 44. quęst. 2. ar. 1. colligo quod princeps solus potest de nouo imponere pro bonis communis pro munitione, aut defensione compẽsata subdito-ũ qualitate & quantitate, & quãdo principis facultates nõ sufficiũt ad hoc ff. de pub. & nec l. vectigalia. Similiter rex qui non recognoscit superiorem vel alij q præscripserunt iura imperij. Nam nullus nisi princeps solus. aut qui præscripserunt iura imperij, potest super talis & exactionibus leges condere, vel priuilegia concedere, vt patet in l. vnica. C. de vaca. mu. & l. semper. §. fina. ff. de iure immunita. vnde alij licet sibi vsurpent errant vt patet in eo quod legi, & not. per Panormita. in 8. nota. in capitul. per venerabilem, qui fil. sint legiti. & capitul sanè, de priuileg. not. Barto. in l. infamem, in fin. f ff. de pub. iudic. in l. Hostes. ff. de cap. & in l. publicanus. §. in omnibus vectigalibus. ff. de pub.

l. si. versi. extra q̃ritur de dictis. C. de edendo, notarius taliter pandens tenetur pœne falsi per tex. in l. si qs §. instrumenta. ff. de pœnis.
a Colũ in fine.] Et gl. magna in di. l. generali. & Specu. de instru. edi. in prin.
b Notoriè] Vide aliqua, q̃ nota ni ĩ. falsarius. §. 12. & vide cõclusũ Alex. ic. li 2.
c Vt in gl. 25. di. §. alias,] in ver. plus placet q̃ dicit in pluris taciturnitatẽ esse peccatum mortale.
d Quibus placet] De his omnibus vide c. sit rector. 43. dist. & ibi in fin. de isto verbo iportune.
e Dare canib.] taciturnitas quandoque habenda est pro confessione. Et et qñdoque tacitum hr̃ pro expresso l. cum qd ff. si cert. pe. c. gratum, de off. deleg.
f Infamẽ, in fi.] Ibi Bar. tractat d his qui p̃nt restituere ad famam, & in l. hostis, de his qui p̃nt inducere bellũ & c in

Si

§.in omnib⁹. vtrū posſit vectigal ꝓ ſcribi, vel ꝑ priui legiū aut cōſue tudinem. dari.

a Pa. in c.perue nit] Vlt.col.uer. an ſit poſſit ciui tas & vidibi latè de hac materia.

b Reſpō. ꝙ tenē tur] no.ꝫ eos q poſſeix aliū mal ta ſibi retinēt & vide Pa. ibidem in ƒ.& 2. coldm.

Si vero talia nō ſunt ad vtilitatē boni communis, non poteſt eas imponere, & ſi i ponit ſubditi non tenetur ei obedire. Alii autē domini a pręfatis nō poſſunt de nouo talias imponere ſuis ſubditis, niſi per legē, vel ſenatuſconſultū uel conſtitutionem principis eis conceditur. d. l. vnica, vel ꝑ cōceſſionē a pricipe ex cauſa & ſpecialiter impetratā. l. vnica. C. de ſuperind. li.10. no. Arch. i c. ſi quis romipetas. 24. q. 3. & quod legitur & no. in c. innouamus. de cēſi. de quo ſ. pedagiū. §. 1. uel per conſuetudinem diuinam nō ꝑ uiolentiam ſed ſponte approbata ab omnibus cōmuniter. C. de canone lar. titulorū. l. percepit lib 10. & C. de auro coronario. l. vna, in fi. li. 10 & ꝙ ſit talis conſuetudo de cuius initio non extet memoria vt in c. ſuꝑ quibuſdā, de uer. ſig. & uide qđ no. Bar. in dicto. §. in omnibus uectigalib⁹. aliter ſi exigunt tenentur ad reſtitutionem illis a quibus extorſerunt, ſi ſciunt vel eorū hæredibus, aut ſi neſciunt commune ſecūdū Tho. in epiſtola quādā duciſſam. Limitat hoc Pa. in c. peruenit,[a] de immu. ecc. uerū quando, imponunt ꝑ publica vtilitate aut ꝑ alio reſpectu, ſed ſi imponunt pro neceſſitate ipſius ciuitatis licitè faciunt.

1 Sed quando dicuntur ad vtilitatē boni cōmunis tallie. ℞. ſm Ric. vbi ſ. qđ aliquādo directè puta quādo imponuntur ꝑ defenſione fidei, vel regni, pro refectione pōtium uiarum & huiuſmodi. Aliqñ idirectè vtputa quando eius frater vel filius eſt captiuus, vel aliqua terra ē ſibi cepta, & rex imponit tallias vt recuperet, quia ſi redundat in bonū ſubditorū, quia redditur rex magis potens, vel maritat filiā & huiuſmodi. Addit tamē Ric. ubi ſ. quod negocio expedito (ſi facultates regis ſuperabūdat & aliqua cōmunitas nimis grauaē) ꝙ debet ei ſubuenire ſicut facit caput mēbris. dicit etiam idem Ri. in quolibet. 3. q. 27. ꝙ licet non debeat ſubditos talliare quādo facultates ſue ſufficiunt, tamen non ē dicēdum facultates ſufficere, quando non poteſt ſe defendere vel commune bonum ꝓmouere, niſi ita depauperet ſe ꝙ nihil ſibi remaneat in theſauro quo ſe iuuare poſſet ſi rerum infra breue tempus ab aduerſariis inuaderetur, maximè ſi multos habet inſidiatores, tali enim regi neceſſarius eſt theſaurus, q͞a aduerſarii hoc ſcientes magis cū timēt, & magis pacifice uiuit & poſſidet regnū, licet melius eſſet theſuarizare amorē hoium ſubditorum, q̄ argētum vel aurū.

2 Verū domini qui auferūt a ſubditis vſuarium quem habent in aliquo nemore & huiuſmodi teneātur reſtituere. ℞. ſm Ro. ꝙ tenentur ad reſtitutionē niſi ſint tales ſubditi quaſi ſerui, ita quod nihil habent propriū, ſed ipſum vſuarium habēt quaſi pro peculio, ita quod dominus ad libitum poſſit reuocare. Similiter alii qui uſurpant ipſum tenentur eis non dominis.

3 Quid de prælatis qui pro eo ꝙ aliqđ ī penderunt legato vel aliis maioribus exigunt pluſquam expēderunt[a] ſubditis. ℞. quod tenentur[b] extorta reſtituere, & tantundē de ſuo pauperibus erogare, & ſi ſuperior cui querela de hoc ſit fuerit negligens, canonice ſubiaceat vltioni. cap. quia plerique de imm. eccl.

4 Quid de deputatis ad tallias diuidēdas qui vnum magis alleuiat. ℞. tenenē ad reſtitutionē aggrauato inquātum plus aggrauauerunt, vide ſ Reſti. 1. in uer. ledēs §. 4.

5 Verum occultantes bona ſua ne tallieutur ſecundum ſuas facultates teneanē. ℞. quod ſi tallia eſt iuſta, tenentur illis qui ꝓpter hoc fuerūt magis grauati. Si vero nullus fuit propter hoc magis grauatus, ſed dominus minus habuit ſic tenentur ipſi domino, niſi forte aliquando fuiſſent iniuſtè ab eo grauati, quia poſſent compenſare. Si vero tallia eſt iniuſta, non tenentur quia poſſunt occultare licitè. Idem dic quando tallia eſt indeterminata, puta deputantur aliqui vt exigant quantum, poſſunt ſm facultates ſubditorū, nō tenentur ſe propalare, nec ſimiliter tenēē reſtituere exactores qui aliquos alleuiant, licet peccēt mortaliter. ar. 1. 22. qō. 1. quia ex hoc nullus grauaē niſi eſſet neceſſe ſepius reiterare, quia tūc tenerentur ad reſtitutionē aggrauatorū exactores qui contra conſcientiam aliquos alleuiarent, concordat Monal. ti. reſti.

6 Verū poſſit alicui ꝯcedi imunitas talliarū

Reſp.

℞.Pa.in c.peruenit. 3.col. ver.4.ↄclusio,de immu.ec. ꝙ a principe, & ex proprio motu sic,[a] sed ad p̃ces vel ambitionẽ aut importunitatem nõ,nisi ponatur ĩ priuilegio clausula nõ obstante.l.fi.C.si cõtra ius uel publi. vti.quia cum sit contra publicã vtilitatem oportet fiat mẽtio de ea, vt no.Bar. in l.uacuatis.C.de decu.& ĩ d.l.fi.pe.q.& facit.c.ex parte,de capel.mo.ab ĩferioribus autẽ aliis potest cõcedi sed communiter nõ debet grauari sed minuetur ,puta si dabantur cẽtum , & vnus eximitur qui dabat 16. non præstabit communitas nisi.90.aliter in prę iudicium communitatis concedere nõ põt similiter p̃fati ĩferiores & cõitates possunt cõcedere non suis subditis immunitatem hãc licet non habeant iura imperii, vt ueniant ad habitandum in eorum terris de quo supra.statutum.§.22.sicut fit quotidie medicis,doctoribus & huiusmodi sed non am subditis,nisi in præiudicium solũ concedentis.

a Ex p̃prio motu sic] si tñ grauiter lederet eẽ sup hoc remediũ ab ipso principe implorãdũ,& vide omnia & latè per Pa.vbi s.

b Tãtũ] dictio tñ ẽ taxatiua,nã taxatiua ĩ theologicis nõ excludit ordinẽ essentialẽ de quo p. Ni.de ly.sup Mat.24.

c Tẽperãtia] Tamẽ ẽ uirtus Cardinalis de qua p Sã.Tho.latè.2.2. q.141.& seq.

7 Quid ergo de militibus,cõmunitatib⁹, dominis & huiusmodi,quia quottidie tallias imponunt ad libitum suum , nunc pl⁹ nunc minus exigentes.℞.secundũ Hostiẽ. quod fures sũt & latrones, nec habet locũ consuetudo , vbi cum uiolentia est introducta.

8 Quid de imponẽtibus tallias sup reb⁹ ecclesiæ & personarum ecclesiasticarũ.℞. quod tenentur restituere,nisi in casib⁹ concessis,de quibus supra immunitas.§.36.cũ 7 §.seq.

9 Vtrum per statutũ posset fieri vt licitè aliquod certũ daretur domino.℞. ꝙ sic secundum Host.si fiat de cõsensu ipsorũ subditorum,multo magis excusantur domini si a principio de tali conuenerũt liberè nõ ex uiolentia.

10 Vtrum excusentur domini qui tale cõsuetudinem inuenerunt ꝙ capiũt a subditis de mobilibus ipsorum quantũ uolunt , & quando uolunt. ℞.Rodo.quod si certũ est,quod ab initio sit tale onus impositum sine fraude & malitia, sic possunt tolerari. Si vero nõ est certũ, aut credant uerisimiliter quod non sit ab initio legitimè impositum, sic tenetur restituero. In dubio tamẽ ex quo ab ecclesię tolerantur , non eẽt eis absolutio deneganda simpliciter,sed cum dubitatione præstanda.

TANTVM [b] Est dictio taxatiua solũ respectu eorum quibus annectit, & excludens & tacitę negans respectu aliorũ verbi gratia. Ius eligẽdi spectat ad canonicos tantum li.tantũ respectu canonicorũ ponit,respectu aliorum negat,vt tex.in c. cum ecclesiæ,de causa pos.& proprie.

TEMPERANTIA [c] Vide sobrietas.

TEMERE Facit qui scienter actũ sibi iure prohibitum sub colore fraudulẽto facit c.per uenerabilẽ in uerbo uidebatur qui filii sint legitimi, & p Panormi.in clemen. 1.de sepul.& ar.optimũ in ca.auaritiæ. de elect.lib.6. not.Gem.ibidẽ quod nota.bene pro dispositionibus pœnalibus.

TEMERITAS Est audãcia in malum l.iubemus, secũdo §.sanè si hoc.C.de sacrosan.eccle.no.Car.de sum.tri. i.

TEMPVS Anni quando requiratur cõpletum,vel sufficit inceptũ.℞.Pano. in c.ad nostrã,de regu.ꝙ in dubio iuris tenendũ est ꝙ in dignitatib. fauor cõsideratᷣ. Et ideo annus inceptus habetur p cõpleto,ita tenet glõ.in d.c.sed fallit in ẽpatu, vbi est speciale ꝙ sit completus. In regulæ obseruatione vbi ẽ grauitas & labor,& sic odium,ideo completus exigitur,ar.c.quia in insulis,de regulæ.& sic intelligitᷣ. 20.q. 1.si in qualibet.& in c. significatum,de regula.Regulariter vero debet eẽ complet⁹, nisi aliquo iure caueatur,vt no.Archi.in c. si annum quartumdecimum,de iudic.li.6. de quo vide supra.Etas per totũ.Hora. 24. pars diei.Punctus ẽ quarta pars horę.Momentum est decima pars pũcti , s̃m.Io.an. in c.1.de causa pos.& proprie. & ibi Pano. super prima gloss.& sic 40.momẽtis hora constat.

TERGIVERSATOR Est qui in totũ aliter recedit.2.quæst.3.§.notandum secũdo sub.cap.si quem, vide supra. Accusatio.§.8.quod non potest in tergiuersatione celari,dicitur notoriũ ĩ ca.tui,de cohã. cleri.

clericorum. & mulierum.

TEMPTARE Propriè est experimentum sumere [a] de eo qui temptatur secundum. Tho. 2. 2. [b] q. 97. ar. 1.

1 Quomodo tẽptat quis deum. ℞. Duobus modis. c. 1. uerbis & factis, [c] uerbis quando deo in oratione colloquit, & petit ea intẽtione, vt exploret dei sciẽtiam aut potestatem, seu uoluntatem, & idem experimentum sumat. Factis uero temptat deum quando per ea quæ facit intendit experimentum sumere diuinę potestatis, sapientię, vel pietatis, sed quasi interpretatiuè deum temptat qui si non intendat experimentũ sumere de deo aliquid, tamen petit vel facit ad nihil aliud, nisi ad probandũ deum. Quod uerum ẽ quãdo fine necessitate, vel utilitate hoc facit quia in necessitate vel pro vtilitate, quando quis se committit deo in suis orationibus aut factis, non est temptare deũ sicut. 2. Paral. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus ad te sũt oculi nostri. Et ideo dicit gloss. Matth. 4. Deum temptat qui habens qui faciat fine ratione committit se periculo, experiens vtrum liberari possit a Deo. [d]

2 Vtrum temptare deum sit peccatum. Respond. quod sic quia præsupponit ignorantiam & dubium de diuina perfectione. Nullus enim pręsumit temptare eum de cuius excellẽtia est certus, & cum tẽptare isto modo pertineat ad dei irreuerẽtiã opponit directè religioni, & sic ẽgraue peccatum, [e] minus tamẽ quam superstitio, quia temptans protestatur tantum dubitationem verbo vel facto, sed superstitiosus protestatur errorem facto, vt patet supra Superstitio. §. 1. Si vero experimentũ quis sumat de pertinentibus ad dei perfectionem solum vt aliis demonstret, hoc non est temptare Deum si subest necessitas iusta, vel pia vtilitas, & alia quæ ad hoc concurrere debent, sicut apostoli petierunt in nomine Christi facere signa act. 4. vt infidelibus in notesceret virtus Christi hæc S. Tho. vbi supra articu. 2. Itẽ nota. quod dupliciter quis petit signum a Deo. Primò explorãdo Dei potestatem aut dicti eius veritatem, & hoc est temptare Deum. [f] Secundo vt instruatur quid sit circa aliquod factũ placitum Deo, & hoc non pertinet ad Dei temptationem quando tale quid per sacram scriptu ram non est reuelatũ, aut per sanctos seu per ecclesiam, vt fecit Abraã de terra promissionis. Gene. 15.

TESTAMENTVM Est voluntatis nostræ iusta sententia de eo quod quis vult Hostiẽ. post mortem fieri, cum hæredis institutione, vt habentur in l. 1. iuncta gloss. ff. ve testamen. vnde bene dicit iusta sententia, quia si est iniusta, puta vult exhęredare filium sine causa, non est seruanda. 13. quæstio. 2. si quis. Aut si præcipiet corpus suum iactari in mari. ff. de conditio. institutio. l. quidam suo testamento, vel contra

a Experimẽtũ sumere] Tentatio dei est viciũ quo homo pmittit facere qđ potest ad pericula euitanda vel aliqua agẽda respiciẽs seu expectãs diuini auxilij effectum.

b Tho. 2. 2.] Et Nico. de Ly. super Matth. 4.

c Et factis] Cõtingit fieri dupliciter Primò apertè vt qñ qs se tẽptatorẽ phrẽt, vt fecit Sampson, pponendo problema, iudi. 14. Secundo insidiosè & occultè, vt pharisęi interrogantes Christũ licet nobis cẽsum dare Cęsari. Math. 22. Itẽ expressè vt iudęi quærebant signũ de cœlo. Mat. 12. Secundo interpretatiuè, vt ille q portat pecuniã p loca vbi sunt latrones. Inuitant enim ad furãdũ. Et non est intentio portantis, exẽplum pone de Zacharia. Lu. 1. Et de Gedeone, Iudi. 6. Et in eo qui facit currere equũ. Hæc Tho. vbi supra. ar. 1.

d Possit a Deo] Hæc omnia San. Tho. vbi s. Et pone exemplum, vt supra. Et debem⁹ cauere exemplo Chri. Matt. 4. Et Ioan. 7. Et Exemplo Abraam. 22. q. 2. c. quæritur. Et exemplo Pauli, qui fecit se p sportam submittere. 2. Cor. 11.

e Peccatum] Et cõmuniter mortale, vnde dicitur Sap. 1. Inuenitur domin⁹ ab his qui non temptãt eũ, q autem non inueniatur. Deus a creature, vt s. cognoscat eum & possideat p gratiam, nõ est nisi per impedimentum peccati mortalis, hoc etiam ex punitione ipsius, nota. in Psal. 93. vbi dr̃ quibus iuraui. i. firmiter decreui, si p introibunt in requiem meã, s. paredisi. Et patet q nullus introiuit, nisi Caleph. & Iosue.

f Tẽptere Deũ] No. q quis temptat Deum, primo potentiã ipsius, qñ est in periculo & nõ vult remedium humenũ facere, vt infirmus, qui non vult medicum, similiter quæ faciunt duellũ cõtre. cap. monachiẽ. 2. q. 4. & q intrat periculũ sine necessitate, cõ sapientiam, qui ponunt se ad legendũ disputandũ ignari contra hereticos &c. Itẽ faciunt purgationes vulgares, vt de ferro cadenti, vel vt bibat quis aquã bulliẽtẽ. 2. q. 4. c. 1. & c. cõsuluisti. Cõtre bonitatẽ, qui petũt sibi dimitti, peccere, & ipsi non dimittunt iniurias. Item q expectant pœnitere vsque ad vltimum sperãdo Dei Gratiam.

contra bonos mores,[a] aut pietatem, aut verecundiam l.cõditiones.ff. de condi.in stitu. & l filius ibidem. Itẽ oportet quod instituatur hæres, quia sine eius institutione, non erit testamentum, vt institu. de leg. §.an te hæred s. Et sic differt a codicillo, quia p codicillũ non potest dari hæreditas, vel adimi.institut.de codi cil. §.codicillis.

1 Quis potest facere testamentum. Respon. quod quicunque non prohibetur,[b] & qui prohibentur. Respond. quod 19. genera personarum. Primo furiosus, seu mente captus, qui non habet lucida interualla.capi. fi. de succes. ab intestato, & l. furiosum. C. qui testa. face.non poss.Secundo surdus, & mutus a natiuitate, secus a casu, & scit scribere.l.discretis. C. qui testa.face.non poss.Tertio non valens articulate loqui ita vt non possit exprimere nomen hæredis, nec scribere. l.iubemus. C.eodem titul. Quarto impubes,[c] institu. quibus non est per.fa.testa §.præterea. Quinto filiusfam. nisi de castrensi peculio vel quasi ut in capitu.licet de sepultu.libr. 6.& l penul. C.qui te.face non poss.quod limita vt supra.Religi.§.56.Sexto prodigus cui est interdicta a iudice bonorum administratio.l.is cui.ff.eo.titul.Sed testamentum ante factum ualebit vt ibi. Septimo damnatus ad mortem naturalem vel ciuilem, vt sunt deportati, etiã si fugiunt de manu iudicũ, vt ff. eodem tit. l.eius, & qđ ibi not. & l. qui ultimo supplicio, & ibi Barto. ff. de pœ. & damnati ad perpetuum carcerem. l.secunda. ff.de publi.iud.Secus si esset damnatus ad pœnã inferiorem.[d]

Octauo manifestus usurarius[e] nisi præstet prius cautionem secundum formam, capi.quamquam. de vsu.libr.6.Nono excommunicatus secundum aliquorum opinio, quam sequitur gloss. in capit. decernimus de senten. excommu.libr. 6. Sed contrarium[f] cõiter tenet. Decimo seruus. 13. q. 2.illud,& l filius. ff. eo.titu. Vndecimo quilibet religiosus[g] qui profitetur

a Contra bonos mores] Vt ne partem ab hostibus redimat, aut si captiui.C.de episco.& cleri.C.de his quæ pe.no.l. Vel si patronis alimenta non præstiterit. Item si contra edicta imperatorum, vt si instituo te hæredem si eam ducas in vxorem, quam de sacro fonte leuasti, vt C de nup.l.si qs alumnã.§.fi. Idẽ magis si cõtra fidem Iesu Christi.l.cõditiones, cum gl.ff.condi. insti. Idem si contra leges, vt senator libertinã ducat ff. de ritu nupti. l. lege. Idẽ si contra senatusconsulta, vt si curator adultã suã sibi cõiungit. Idẽ si deteriorie, vt sic Iudibrũ sui populo faciat, vel vt vocetur vespertilio. ff. ad trebel. l. sed sciẽdum.

b Prohibetur] Edictum.n.de testamentis est prohibitorũ, iõ omnes possunt testari, q non specificè prohibentur, vt no gl. & Bar. in l.si quæramus.ff. eo.Pa.tñ dicit in rub. de testa.qđ hæc facultas testandi sit homini bus quasi gratio sè concessa.Quia testator disponit in tempus, quo nõ ẽ futurus dominus, quia testamentum morte confirmat, ca.cũ Matth. de eccle. missa. sed post mortẽ qs desinit esse dominus. Vnde dispositio licet fiat tempore habili, quo est dominus, tamen effectus confertur in tempus inhabile, quod de mero iure non deberet licere. l. quod sponsę. C de dona.ante nup. Hinc dixit gloss. nor. quod Papa non potest in vita sibi eligere successorem, quia effectus confertur in tempus, quo non est futurus Papa.8.q.1. §.his omnibus. Facit gl.no.in l. illa institutio ff. de hæredi. insti. Vnde necesse est q masculus sit. 14. anno. & fœmina in 12. Facit. l. qđ. quod a ætate.ff. eo.

c Impubes] Id est pupillus, de hoc etiam habeẽ in l.si frater.C.q test. facere. pos. Et etiam si fecerit nõ reconualescit quandõ postea est factus pubes. d. §. præterea.& l. 1.§. sed si filius, de leg. 3 procedit etiã istud si pupillus sit milles.l.fi. C. de test. mili. Item non potest etiã cum autoritate tutoris.l.1. §. ff. de tu.& ra. dist. eo quia vltima voluntas non potest ex alienatio pendere arbitrio. Alia ratio est glo. & Bal. in d. l. si frater. Quia nihil valet autoritas quę in id tẽpus confert quo nõ erat tutor, cũ post mortẽ incipiat status vltimæ voluntatis. Hanc rationẽ pōnit etiam Bar. in repeti.l.1. C. de sa.san. ec.2.q.4. qõnis principalis. Immo plus si etiã pupillus sit doli capax. Et siẽ talis quod in eo malitia suppleat ætatẽ, adhuc non potest testari te cũ autoritate tutoris, & ad pias causas, secũdum Bal. in d.l.si frater. Quem sequitur canonistę pręcipuè Arch. in c. de testa. & ibi Imo. & Bar. vbi supra. Et hoc idem tenet Bald. in l. 3. C. de sacro san. eccle.

d Inferiorẽ] Vt puta si esset dãnatus ad manustrã cationem vel oculi eruitionem, quia non ẽ furẽ cauru, de quo p Bar. in l.quæ manus. ff eo.nisi illa amputatio esset ex cã, q aufert testamenti factionẽ secũdũ Bar. De damnato ad ppetuum carcerem, dic esse verum, vt no. in d. l secunda.

e Manifestus vsurarius] Vide infra Vsura.2. §. 10. que scripsi.

f Sed contrarium] Ioan.And.ibi tenet contrariũ, & Innocen.in capitu.cum voluntate de senten. excommunica. sequitur Bartol in d. l. si quæramus, & est communis opinio, quia propriè excommunicatus non equiparatur deportato, ideo potest testari, dixit Pan.in capi.pastoralis, de ap. & hoc dicit esse tenendum.

g Religiosus] De clerico an possit testari, vide supra

tria uota substantialia, ut i cap. secundo de testamen. duodecima quæsti. prima. nō dicatis. Secus de alijs, vt sūt heremitæ & huiusmodi 19. quæstio. ulti. S. econtra paulus. Duodecimo hæreti cus,ª quia omnia bona sua sunt cōfiscata i ipso iure. c. cum secundum leges de hære libr. 6. Tertiodecimo dubi⁹ de statu suo, s. an sit in eo statu in quo testari possit, uel ne. l. de statu. ff. eod. tit. Exemplū captus a latronibus, dubitat an sit seruus uel liber, vt in l. 1. i principio ff. de lega. 2. Quartodecimo obsides intellige de illis christianis apud in fideles datis, aut de illis q erant captiui populi Romani non autem de obsidibus qui dantur ab urnia ciuitate ad aliam, vt legitur & no. in l. obsides ff. eo ti tu. Quintodecimo damnatus ob carmen famo'um, seu libellum in iniuriam alterius, quia etiam infamis efficitur, ut in l. is cui S. si quis ob carmen. ff eo. titul. Bar. tamen ibidem & communiter tenetur, q ex alia causa infames non prohibentur testari. Sextodecimo re⁹ criminis lęsę maiestatis. l. q quis. C. ad l. iulia. ma. 6. quæsti. 1. S. uerū Decimoseptimo qui est apud hostes captiuus. l. ei⁹. ff. eodem tit. Intellige istud de hostibus Romani imperii. Decimooctauo utroque carens lumine, hodie tamē re statur dūmodo seruet qd' no. i l. hac cōsulrissima. C. qui test. fa. pos. quæ sur ista secundū Ange. Are. insti. qui. nō est per te. S. cęcus. Primo quod sint septem testes & notari⁹ uel ali⁹ loco notarii specialiter ad hoc uocatus. Secundo quod pdictos corā se aduocet, & manifestet qd' uult testari sint scripturis. Tertio quod i principio testamenti & ante legata, fiat institutio hæredis. Quarto quod deinde faciat legata, & fideicommissa. Quinto quod notarii manu omnis scribantur in præsenti testamento. Sexto quod prædicti testes le subscribant, & etiam tabellio. Septimo quod tam a testibus quam a tabellione, vel ab illo alio teste loco tabellionis posito sigilletur, ita quod sint. 8. sigilla. Octauo quod de his omnibus notarius faciat mentionem, fallit hoc secundum Bald.ᵇ ibidem nisi testetur inter liberos, quia tunc sufficiunt duo testes. Hoc idem seruandum est in codicillis cęcorum, vt in di. l. hac consultissima. Decimonono quod Cardinales insequutus est hostiliter, vel percussit, aut fieri mādauerit aut consilium dederit, vel fauorem, vel ratum habuit, nec etiam talis ex testamento aliorum aliquid capere potest, nec ex successione. cap. felicis. de pęn. lib. 6.

2 Vtrum præfati qui testamentum non possunt facere possint disponere in pias causas.ᶜ Respond. quod non primi, nec quarti simpliciter, nec quinti, nisi peculio castren. vel quasi secundum Bald. in l. 1. C. de sacr. san. ecclesijs & not. in d. capitul. licet, nec sexti, nec septimi, nec octaui simpliciter secundum Bartol. in repeti. l. 1. C. de sacr. san. eccle. Et idem dicit de quolibet decedente in mortali.ᵈ Sed Panormitan. in rub. de test. in hoc vltimo tenet contrarium, & bene quia ecclesia recipit obla-

nupta Clericus. 13.

a Hęretic⁹] Immo etiam si post mortē pōt detegi quē fuisse hæreticū in vita bona sua pōt apprehendi, vt in c. 1. de prescriptio in 6. secundum Pa. vbi supra.

b Secundū Bal.] Idē tenēt Ange. Saly. Pau. de Cas. Alex. ibid. & do. Ias. licet ɔ tenear Fulg. & Roma. ibi. & Cuma. in cōsi. 100. sed Ias. respondet ad oia in ɔtra. vide eū.

c In pias cās] Nu q oē relictū p anima dicitur ad pias causas, ar. in c. requisitis extra, eo. & not. glo. & Bar. in l. si quis seruo. si de lega. 2. & Bal. in l. 1. C. de sacro. san. eccl. vbi cōcludit q relictū factū cōsanguineo pauperi dicitur ad pias causas, secus si diuiti, licet dicat q pro aia sua, facit quod no. Bal. in d. l. 1. Ex quo infertur, quod relictum factum religioso ɔsāguineo si amore Dei fit dicit ad pias causas, vt no. in c. 3. extra. eo. li. 6. Ex quo infertur q non detrahit falcidia, sicut nec d alijs legatis ad pias causas, vt no. in d. c. 1. & in aut similiter. C. ad l. fal. hac Pa. in dicta rubrica. Et de istis plubitis facere testamētū, an possint ad pias testari causas, tāgit late Bartol. & etiā Bal. tā in lectura quā in repe. in l. 1. C. de sacr. san. ec. & Pa. in rubr. de testa. Et de filiosf. ponit Alex. & d. Ias. latē in l. seruum. C. qui testa. n. en. la. pos.

d In mortali] Rō ḡa cum sit extra vnitatē ecclesiæ non potest dici relictū p anima, nec ecclesia p talib. orat 13. q. 2. non æstimemus. 13. q. 5 placuit. S. d Bal. tenet ɔtriū ḡa priuilegiū datum ad pias causas nō ē solū tributū fauorē relinquentis sed illius cui est relictum. Et ista fuit cā finalis istorū priuilegiorum. Et hoc placet Pa. Nec valet ratio Bart. dū dicit q non videt relictū p anima ex quo relinquēs erat extra vnitatē ecclesiæ, quia quantū peccator pōt & debet & ei consulendū ē vt bona opera exerceat, eleemosynas faciat, & similia, q̄a talia bona valent ad multa, & si non ad vitā ęternā, quare &c. Ecclesia tñ nō debet se obligare ad orādum.

tio-

tiones publicorum peccatorum, nisi vbi specialiter prohibentur, ut patet in gl. in c. oblationes 90. dist. Ergo fortiꝰ eleemosynas, nec. 10. nec. 11. nec. 12. nec. 16. nec. 17. sed de. 13. est dubium inter do. Sed ego teneo Bar. quem sequitur Pa. vbi supra. quod potest. Alii autem sic, etiam si loqui non possunt, dum signis annuant. Vnde ponit Bal in l. 1. C. de sac. san. ec. exemplum de quodam ad uocato ª qui non ualens loqui interrogatus si uolebat quod tot darentur pro anima sua pauperibus, aperiret librum in signum ipse aperuit, & quod ualet affirmat. Idem Panor. ubi supra.

3 Testamentorum quot sunt species. ℞ duę una dicitur testamentum nuncupatiuum & sine scriptis, & est illud in quo testatoris & hęredis & legatariorū nomina, & omnia quæ in eo continentur coram testibus nuncupantur id est manifestantur, & dicitur sine scriptis id est subscriptione testium & aliis solēnitatibus q̄ requiruntur in testaměto scriptis facto, de quo in l. hac consultissima C. de testa. Et etiam quia si ne omni scriptura īde facta potest q̄s testari nūcupatione, dummodo corā testibus & cōditione legitimis nūcupet hęredem, & suam explicet uolūtatē. Insti. de test. §. fi. ideo si q̄s non habet notatū numerū testiū, & explicet nomē hæredis, & alia institutiones & legata, & rogat eos, ut sint testes, ualebit. Aliud dicitē testamētū in scriptis, & istud potest facere quis quando non uult quod testes uel aliquis sciat suam dispositionem. Vnde requirit multa de substantia, ut in l. iubemus. C. de testa. & d. l. hac consultissima, & nisi quis sit bene doctus, facili ter errabit in ipso condendo. Ideo habeat aliquem doctorem pro consilio, qui vult eum facere, de quo (quia non est in usu) omitto, vt dixi. Aduerte etiam quod quis potest relinquere sic dicendo coram notario & testibꝰ. Volo quod hæres meus faciat in omnibus & per omnia prout continetur in quadā mea cedula ᵇ scripta manu mea quæ est apud talem religiosum, & ualebit secundum Alexan. de Imo. in l. vbi autem. §. illud. ff. de uerbo. oblig. & Bart. in l. si ita scripsero ff. de cōdit. & de mon. & Pau. de castr. in di. §. illud & Baldus. in l. captatorias, in 5. quæstione. C. de testa. mi. Ioann. de Imo. in l. illa institutio. ff. de hæredi. insti. & in capitul. cum tibi, de testa: Ratio quia licet in testamento nūcupatiuo debeant palam nuncupari quæ fiunt vt a testibus exaudiantur l. hæredes palam in princip. ff. de testa. & in l. iubemus. C. eod. quia paria sunt implicitè & explicitè exprimere dict. § illud, & dict. l. si ita scripsero. Ideo ualet. Sed uideē quod sic uult quod taliter litera sua cognoscatur, ut nō sit dubiū de ea, q̄a aliter esset periculosū. Sed nō ualeret institutio hęredis, si diceret instituo hæredē illū cuiꝰ nomē ē in quadā mea cedula

a De quodā aduocato.] sic allegat Pa. in rub. de testa. Sed q̄d Bal. hoc dicat, ibi in lectura aut repetitiōe nescius in uenire. Bñ dicit ī l. ꝗ. 2. col. uers. ꝗ ro utrū furiosus, q̄ testm̄ nutu factū ualet ad pias cis, s̄m gl. fin in c. cū tibi de test. Et idē dicit in repetitione. 17 co. lū. uers. sup quinto. Vbi ēt ponit exemplū de ep̄o Perusino, quem pater suus nutu instituerat hęredē. Quod ergo dicitur mutum, & surdum nō posse ad pias causas testari secundum Bal. ī lectura in l. 1. C. de sa. rosan. eccle. versicul. vbi supra ut tenet etiā Ludo. de Roma. & domi. Ias. in l. discretis. C. qui testa. fac. pos. intellige verum nisi nutu vel signo ostēdere possint uoluntatem suam, secundum Panormita. in d. rubr. de test. Bal. & Alexand. in d. l. discretis.

b In quadā mea cedula] pone casum sic. Testator conuocatis septē testibus dicit. Si testes, q̄ illud quod ego dimisi in quadam cedula apud guardianum fratrum minorum volo esse & q̄ sit meum testamentum & testes deponunt. Et guardianꝰ ꝓducit vnam cedulam, nunquid ualebit ut testamentum Paul. de Castro in l. hac consultissima. § per nuncupationē C. de testamen. determinat q̄ valebit, vt testamētū nuncupatiuū, q̄a sufficit quod testes sciant uoluntatem testatoris explicitè, vt in dicto §. per nūcupationem. Vel per relationem, alterius instrumenti vel cedulæ, dummodo cōstet quòd illa sit cedula de qua dixit testator, ita quòd non posset sequi captio, per l. esse toto. ff. de hæredi. insti. iuncta. l. certum ff. si cert. pet. Et ita refert tenere Bartol. in d. l. si ita scripsero. Dominus Iason in d. §. per nuncupationem tenet cōtra Paul. de Castr. dicens quod Bart. ibi non loquitur in testamento, nec institutione, sed loquitur in legato. Nam in testamento & institutione prout loquitur Pau. de Castr est falsa decisio per text. in l. iubemus. C. de test. Vbi traditur pro ma. & solennitate, quod testator ꝓprio ore expresse dēt coram testibus nominare nomina hæredum, sed in legato non ē sic, prout ibi propriè loquit̄ Bartol. vbi quęrit. Testator grauat hęredem suū ad dandum aliquid prout cōtinetur in cedula redicta

dula apud talem, secundũ Bart. in d. l. si ita scripsero, quem sequitur Bald. ibidẽ.

4 Quot testes requiruntur in testamento. Respon. quod septem legitimi, & quod sint rogati, vnde si testamentum sine scriptis habeat minus quam sex, vel si sunt septem non tamen rogati, non valet. l. hæredes palam. §. penulti. ff. de testa. fallit hoc in testamento ceci. vbi sunt necessarij octo. In testamento rustici [a] in rure facti, vbi plures non possunt inueniri sufficiunt. §. C. eodem l. fina. In testamento facto in

apud guardianum, tale legatum valet. Et ita expressè declarant Ioan. de Imo. & Raphae. Cuma. ibi Barto. Et saipsum declarat Barto. in l. fina. in fi. per illũ tex. & ibi Saly. C. de fideicomiss. Et ipsamet Pau. de Cast. in l. vbi autem non apparet §. sed qui vinum. ff. de verbo. obliga. Sequuntur ibi Imo. & Raphae. Cuman. Et ita tenet domin. Francis. De Aretio in l. hæredes palam, in princip. ff. de testamen. Ratio quia in legatis non requirit formalis expressio, vt probatur in l. nutu. ff. de leg. §. iũcta d. l. iubemus. Et sic tene licet Bal. & Ange. in d. l. esse toto teneãt ɔtriũ.

a In testamento rustici] Idem ẽ in ciue qui continuè habitat ĩ villa secundum Cynum. Saly. & Anga. in l. fina. C. de testamen. & etiã habet locum Cyn. in cine qui reperitur ĩn villa, & infirmus ibi testatur, & Bald. ibi dicit hanc opinio. esse æquiorem, quòd quam aliqui tenuerint cõtrarium. Tu tamen aduerta quod Iacob. de Arer. Bartol. Fulgn. & Alexan. & Domi. Francis. de Aret. in d. l. fina. & Bar. in l. conficiuntur, vbi est tex. ff. de iure codicil. & ibi Iacob. de Are. tenent quod valet testamentum factum a ciue in villa coram quinque testibus. Et ratio est, quia priuilegium. d. l. si cõcessum est rusticis, & sic personæ non autem loco. Item tex. d. l. fin. repetit sępa rusticanis, quasi velit non alijs concedere. Idem tenet Cuman. in l. fina. ff. de testamen. mino. Et hæc videtur esse causa finalis scilicet simplicitas rustici, vt patet in prohemio. d. l. final.

b Inter liberos] Hi duo testes possunt esse etiam fœminæ. Nam hic attendimus solum iusgentium, glo. in autentica, quod sine, & ibi Bald. & alij. C. de testamen. Gloss. in §. & quod sæpe, In autentica, de trien. & semiss. & gloss. in l. fina. C famil. erciscund. Bartol. & l. alij in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. Item non requiritur quod illi testes sint rogati etiam si a fortuna reperiantur, gloss. est valde not. in l. fin. ad fin. C. de codicil. Bald. Salyce. & Fulg. in dicta autentica, quod sine. Angelus, & Paul. de Castro, in d. §. ex imperfecto. Fallit hoc in testamento facto quando pater testatur inter filios naturales tantum, quia. § ex imperfecto, loquitur de filijs simpliciter quod debet intelligi de filijs iustis. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Immo nec pater potest eis relinquere nisi tantum causa alimentorum, vt supra in nei sicul. filius, in princip. Si tamen tales filij

ter liberos, [b] similiter sufficiunt duo, secundũ Bald. in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. pos. in testamento facto in præsentia imperatoris [c] precibus sibi porrectis vt audiat sufficit vnus. An autem notarius [d] computetur pro vno dicendum quod sic, sed cautius est qđ pur sint septem sine eod. insti. de testa. §. fin. de proba. quoniã, & in d. l. hac cõsultissima, & l. omnium. C. de test. In testamento militis in exercitu, [e] sufficiuntur duo testes, & in bello prout voluit. l. milites. C. đ mili. test.

naturales essent legitimati bene valeret testamentũ patris inter eos absque solennitate, quia tunc possent hęredes institui, secundum Bald. in capitu. de causis, de officijs de lagat. penulti. columna Ita concludunt Bald. & Angel. in dicto § ax imperfecto, & Bal. in l. si qua illustris. C ad orfi. Salyc. & Paul. de Castro, in l. fi. C. famil. erciscũ. Bal. & Imo. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testament. Imol. in l. ex facto, in §. si quis rogatus, in vltima. carta. ff. ad trebellia. licet Specu. in tit. de instru. edi. in versic. quid si pater naturalis, teneat qđ valet tale testamentũ & malè, sicut dicit Bald. in dicto §. ex imperfecto, & in dicta l. si qua illustrie. Vide Alexand. in dicto. §. si qs rogatus. trigesima prima colum. & domin. Francis. de Are. in d. l. qui testamento, in §. primo ff. de testamen. Secundo fallit in testamento vsurarij manifesti, per tex. in cap. secundo, de testamen. libro sexto. Et hoc disputat domi. Anto. consilio vigesimoquinto incip. Ad primum dubium, & ratio est quia dicto §. ex imperfecto, dispensat in numero testium quando pater testatur inter liberos, vel in alia simili solennitate, non quando est defectus in persona testantis, ne multiplicentur specialia contra regulam. l. prima. C. de dot. promiss. & in l. cum post, in §. gener. ff. de iure dot. Tertio fallit quando in testamento inter liberos esset instituta alia persona, quia quo ad illam non valeret, sed accresceret filijs. l. fina. C. familiæ ercilcun. Hæc Iason in dicto §. ex imperfecto.

c In præsentia imperatoris] Ratio quia si valet testamentum coram priuatorum auribus, multo magis valebit coram imperatora, vbi semper astat nobilium multitudo. Copia nanque nobilium semper coram principe adesse præsumitur secundum Angelum. & Iaso. in dicta. l. omnium. C. de testa. Vbi patet q̃ iste testis erit imperator, cũ fuerit supplicatum pro instituendo hæredem aliquam certam personam.

d An autem notarius] De hoc dic vt per Bal. in l. hac consultissima C. qui testamen. fac. poss. in tertia col. var Item dicitur hic, & per Bar. in l. domitius. ff. de testamen.

e In exercitu] Vel etiam similes in territorio moriatur, si vero in bello vulneratus, siue scripsit in clipeo, siue in terra, siue vbicunque. ff. de mili. testamen. l. lucius.

5 Sed nunquid in foro animæ valeat testamentũ factum coram duobus testibus solum. Rx. Pa. in c. cũ esses. de testa. tenet quod sic, in dispositis ad pias causas, & in hoc communiter concor. doct. [a] In alijs ad non pias causas. Pa. tenet quod vltra duos testes requiritur præsentia sacerdotis parrochialis, vel loco eius duo alijs testes aliter non valeat, nec requiritur quod sint rogati, [b] vel ꝙ sint masculi omnes, [c] quidã tenet indistinctè, quod valeat corã duobus, sed ego dico quod si non subest suspicio fraudis valet, qa cessat ratio legis, si vero sit suspicio fraudis, dico requiri solennitatem iuris ciuilis & ad c. cum esses, & c. relatum el 1. eo. titu. dico quod habent locum in terris ecclesiæ, ut patet ex eorum subscriptione.

6 Sed qui non possunt esse testes in testamentis. Rx. quod omnes qui pro testibus reprobantur a iure ut. infra testis. Item in testamento specialiter non potest esse mulier. ff de testa. l. qui testamento. §. mulier. Item hermofrodit⁹, in quo præualẽt muliebris. l. quæritur. ff. de sta. ho. Itẽ ille cui hoc est interdictum p statutũ uel a iudice. Itẽ seru⁹. Itẽ omnis qui habet in potestate hæredẽ, sicut pater auus & similes, probantur hæc insti. de test. §. testes. & § seq. Itẽ qui non est testamẽti capax sicut spurius testatoris. Hæreticus, damnatus ad metallum, & similes. Item quos leges improbos & intestabiles iubẽt esse, ut sunt de crimine famoso dãnati, & muliebria passi. ff. de test. l. is cui. §. si qs ob carmẽ. Item legatarius nõ potest esse, nisi quod ad q̃stionem uertentẽ inter hæredem & extraneũ, institu. de testamen. §. legatarius. Sed quoad factum suum inter se & hæredem, non potest.

7 Ex quib⁹ causis testamẽtum dicitur nullum, Rx. qd loquendo de testamento nũcupatiuo, & sine scriptis ex quatuor. Primo si testator non erat habilis ad testandum. Secundo si instituit hæredem non capacem, vel nullum instituit hæredem. Tertio si præteriit iam natum quem instituere vel exhæredare debuit. Quarto si non fit legitimus numerus [d] testium legitimorũ & rogatorum.

8 Quando testamento tenet, sed tamen irritatur & rumpitur. Rx ꝙ ex 7. causis Primo quando testator nõ p̃uidit de posthumo [e] qui post testamentum est natus, si tamen idẽ posthumus moreretur ante mortem testatoris, testamentum non rumpitur quo ad effectum, idem dic de quasi posthumo ut est arrogatus, ut ille qui tempore testamenti nõ erat suus. Sed tẽpore mortis sic. Item quando causam exhæredationis improbat hæres suus & per sententiã rescinditur. Item si testator patietur capitis diminutionem, nisi iterum fiat ciuis Romanus vel sui iuris. Itẽ p sm testamẽtũ reuocatoriũ primi. Itẽ si hæres nõ adiuit hæreditatem, vel ante aditam decessit, vel conditio sub qua institutus fuit defecit & similia. de quibus insti. quib. mo. testa. infir. per totum.

9 Verũ legata facta in testamento nullo vel irritãdo debeãtur Rx. ꝙ si testamẽtũ ẽ nullũ ex p̃teritione iam nati [f] uel rũpitur

ex

a Cõcor. doc.] Et sic patet per istum tex. s. d. c. cũ esses, esse de rogatũ iuri ciuili et quoad forũ sæcularẽ. Et hãc opin. tenet Ala. Vincen. Goffre. Host. & d. Anto. Et dicit Pan. q̃d semper sibi placuit iste modus dicẽdi, qui apertissimè videt̃ p̃bari p tex. d. c. cũ esses, vide ibi Panor. latè.

b Sint rogati] An testes debeãt eẽ rogati & qualiter & a q̃bus. Vide Iason in l. hac cõsultissima, in fine principij, vbi latè. C. de testamen.

c Masculi oẽs.] An mulier de iure canonico possit esse testis in terris ecclesię a i nõpias causas, in testamentis. Albric. de Rosa. in prima parte statutorũ quæstio. 130. Dicit ꝙ nõ. Et sequitur Alexander consilio. 212 incip. Viso cõsilio alias per me reddito, & in consilio. 119. incip. Viso testamẽto mihi exhibito, ad finẽ. Et in consi. 3?8. incip. Viso themate mihi exhibito, in secũda col. Et Iasõ in l. hac cõsultissima in fine principali. C. de testamentis. Tu vero dic, quod de hoc est casus in ?riũ in c. cũ esses, de testamentis. Vbi nõ attenditur solẽnitas iuris ciuilis sed iuris gentiũ, quo non requiruntur testes plus masculi q̃ fœminę. Et ita tenet Panormi. in dic. cum esses in 5. nota Et ibi Ancha. in 4. not. & Imo. & omnes. Et Pa. in c. relatũ, in prima col. de testamentis.

d Numer⁹] Impugnãs testamẽtũ prætextu solennitatis nõ adhibitę in numero testium peccat mortaliter. tex. est in c. cum esses ibi sub interminatione anathematis, de test. ... no. Pa. ibi in repe 9 no Rõ qa excommunicatio non infligitur nisi p mortali &c. c. nemo. 11. q. 3.

e Posthumo] Natiuitate posthumi prateriti rumpitur testamentũ, vt l. 1. C de lib. p̃te. Et no. in l. cum in adoptiois. C. de ado. per Bal.

f Iam nati] Ratio quia institutio hæredis, d in

ex preteritione posthumorum,[a] uel quasi posthumorum, uel rescinditur per sententiam [b] proposita quærela de inofficioso, uel contra tabulas, sic legata debētur, licet institutio non teneat. C. de libe. præteri. aut ex causa, similiter dic si testamentum rumpitur ex falsa causa, utputa. A. instituit. B. & substituit eidem. B. C. moritur. B. testator. A. facit aliud testamētū dicēs, qa hæredes habere uolui, & hēre nō possum. Tu D. esto hæres. Licet enim C. rūpat quantū ad institutionem tamen legata debētur. Si uero testamentum sit nullum, puta quia instituit hæredem non capacē, uel nullum, quia non fuerunt testes debiti, [c] tunc an debeantur legata est differentia inter docto. & dic. ut supra. hæres. S. 5. & supra. Legatum. 2. S. 8.

10 Quid si testamentū sit cū clausula in fine qđ si non ualet iure testamēti, ualeat iure codicillorū saltē, uel iure cuiuscūque alterius ultimę uolūtatis ualere uoluit & tenere R. qđ si testamētū patiatur defectum uel iu-

re digestorum, & C. censetur caput & fundementum testamenti. §. ente hæredis, insti. de lege. Vnde non adita hæreditate per institucum legata & cœtera omnia corruūt. l. si namo. 1. ff. de testamen. tu. Hinc contingebat quod si filius præteriebatur, & indebitè exhæredabetur, ex eo quia ennullabetur institutio hæredis scripti omnia disposite corruebant. l. 1. C. de codicill. l. papinia. §. fina. ff. de inoffi. testa. Considerans ergo Imperator Iustinienus omnia hæc. Stetuit in autent. ex causa. C. de libetis præteritis, & in corpore vnde sumitur, quod legata deberctur ex testamento nullo procer præteritioné, & alia de quibus hic. Ratio est, qa quando filius est præteritus vel iniustè exhęredatus solum ipse erat iniuria affectus. Nam si fuisset institutus conqueri non poterat de parte. Si ergo rumpitur testamentum restauratur eius iniurie sed legata debentur. Quia ita bene potuisset pater instituendo filium legata relinquere, sicut ipsum prætereundo. Et hæc est viua ratio. Et illa autentica ex causa habet locum tam in præteritione matris & lineæ maternæ quam patris, vt refert dominus Iaso. in dicta autentica, ex causa.

8 Quinta pœna est ꝙ nõ possunt recipi ad cõfessionem suorum peccatorũ, donec de usuris fuerit (ſm facultates eorum) plenius satisfactũ, uel idoneę centum illis quibus debent restitui vsuræ extortæ, si sunt ponẽtes vel alijs qui possunt eis acquirere, vel eis absentibus loci ordinario vel eius vicario vel præsbytero parrochiæ in qua habitant usurarij vel tabellioni de mandato ordinarij ita ꝙ certa quãtitas exprimatur in cautione, & manifesta, si apparet uel si nõ apparet manifesta exprimatur illa quantitas quæ ad arbitriũ eius qui cautionẽ [b] recipit vr, qui si scienter minorem receperit tenebit ipse de suo multo magis si nullã, hoc habetur in c. quamq̃. de vsu. l. 6. & no. hic ꝙ nomine idoneæ cautionis intelligũtur pignora, vel fideiussores. l. si mandato titij. §. fin. ff. manda. qui si non possent dare secundum Gar. & Io an. iurabunt se hoc dare nõ posse, & facturos quod promittunt de senten. excom. c. si. §. illis. lib. 6. Aduerte etiam ꝙ illi possũt nobis acqrere sunt filij quos habemus in potestate nostra. Item serui proprij. Item serui in quibus habemus vsũfructum. Item serui alieni quos bona fide possidemus tanquam seruos, vt instit. ꝑ quas perso. no. acquir. §. 1. Procurator autẽ domino absẽti hanc personalem obligationem non acquireret, per l. quemadmodũ. [c] ff. de acqui. possess. & l. generaliter, & l. ꝙ meo, eod. tit. secundum Bar. & Io. an. in d.c. q̃q̃. Item no. ꝙ per loci ordinarium secundum Io. An. vbi. s. ĩtelligo episcopũ de iure, [d] & idem de decano archipresbitero, vel ab bate q alias de consuetudine iurisdictionem hẽret in spiritualibus in loco in quo vsurarius degit. Item quod dicit de rectore parrochiæ in qua vsurarius habitat, multo fortius intelligẽ đ rectore parrochię debitoris læsi cũ sit quasi iudex & minister eius secundũ Bar. & Io. An. facit. l. eũ ꝓ quo. ff. de in ius vocan. Item scito ꝙ ꝑ hoc qđ dicit de mãdato ordinarij [e] arguit Io. An. ꝙ tabellio in hoc casu non acquirit actionẽ ex neo ex sua stipulatione, nisi faciat istud đ mãdato ordinarij. Et hæc bene notabis contra multos confessores.

9 Sexta pœna ẽ ꝙ nullus debet interesse

eorum

alijs peccatoribus manifestis secundum gloss. in c. oblationes .90. di. & Pan. in c. quia in omnibus licet Vgo, aliter dicat, & si clericus reciperet oblationes a manifesto vsurario tenetur restituere, & de delicto satisfacere. d.c. quia in omnibus, cui autem restituat, vide supra. Restitutio. 2. § 6. non tamẽ prohibetur, qs recipere elemosynam ab vsurario manifesto, dũmodo habeat vnde satisfaciat certis. Ita tenet Ioan. An. in c. cũ voluntate de senten. excommu. Ratio diuersitatis assignat a Pa. vbi s. Quia oblatio fit in publico, elemosyna in secreto. Et licet in publico, possit fieri, tamen de sui natura nõ exigit publicitatẽ sicut oblatio, vnum tamen notabis ſm Ho. in d.c. quia in omnibus, ꝙ si clericus recipit oblationes ab vsurario manifesto, & antequam satisfaciat celebrat, est irregularis.

a Sepelientes] Ista pœna cõtra tumulantes vsurarium habet locum etiã si fictè sepelirent, puta quia fingunt sepelire mortuũ, & sepeliũt solũ capsam, secundũ Gemi. ibi. Quæ tñ quæstio melius potest adaptari supra excõicatio. 7. § 36.

b Cautionem]. Et idem si non cauit sed ꝓmisit exhibere &c. Et illis cautionibus recipiendis debet exprimi certa quantitatis, si potest apparere, alias arbitrium recipientis erit danda dummodo minoris quantitatis modo exprimatur verisimiliter tex. est in d. §. cæterum. Considerabit ergo recipiens cautionẽ, quantũ vsurarius habet nunc in bonis quantũ habebat qñ fœnerari cepit quãto tẽpore fœneratus est multa alia ſm gl, & Gemi ibidem dicit ꝙ ordinarius faciet edere librũ cõnũ, & ſm ꝙ inuenerit faciet restituere. Nec etiam ad cõfessionem aliorũ pctõrum admittetur, secundum gl. ibi.

c Quemadmodum] Illæ leges nihil faciũt nisi forsan. l. quod nemo. §. 1. Sed melius facit. l. possessio. §. si. ff. de acquirẽ. pos. vbi si procurator emit nomine meo possessionem, licet possessio acquiratur mihi ignoranti non tamen habeo actionem cõtra venditorẽ nisi mihi illam cedat. In casu ergo nr̃o cogetur ꝓcurator cedere actionem dño, vide tamen gloss. in d.c. q̃q̃. vbi latè de hac materia.

d Epm de iure]. Nõ est mirum si acqratur actio ꝑ epm vel eius vicariũ, cũ & si ipse det alium q recipiat cautionẽ, acquiritur actio vt l. 3. ff. rem pu. sal. fo.

e De manda. ordinarij] Vñ. ff.

eorũ teſtamẽtis, niſi ſatisfecerint vt dictũ ẽ in pcedẽti q̃ſtione, d.cap. quamquam.

10 Septima pœna eſt quod teſtamenta eorũ ſuus nulla [a] ipſo iure ſi non ſatisfecerint, ut dictum ẽ d.c. q̃q̃.

11 Sed nunquid idem eſt de codicillo, ſicut de teſtamento. ℞. Gar. & Ioan. An. ibidem quod ſic, [b] & de qualibet ultima uoluntate alia, ut patet ex prin. d. ca. q̃q̃: quia largè codicillus teſtatio mentis dicitur. 13. q. 2. §. ſed aliud.

12 Sed qd ſi facit teſtamẽtum & poſtea cauet idoneę ut ſupra dictũ eſt nunquid ualebit. Reſpon. Bar. tenuit per regulá non firmatur, de reg. iu. lib. 6. quia ab initio nullum fuit, ſed magis placet opi. Ioan. An. qui tenet quod ſufficit quod ante mortem cauerit idoneæ. [c] Ratio quia teſtamẽtum cõfirmatur in morte. Item qa omnia iura fauent teſtamẽtis. l. C. de ſac. ſan. eccle. Facit i arg. l. 1. ff. 1. [d] & § ſi qs planè. ff. de lega. 3. ubi legata ad pias cauſas relicta facta a filiofam. & a ſeruo (licet tẽpore teſtamenti inſpecto non ualeant) ſi tamẽ emancipatus uel manumiſſus perſeuerat in eadẽ uoluntate ualebunt. Item accipere cautionem eſt quandocunque accipere, ſicut & dare eſt quandocunque dare. 1. quæſtio. i. eos, & præfata regula non firmatur, de ſolo tractu temporis loquitur.

13 Octaua pœna ẽ qđ nulla vniuerſitas, uel collegiũ, uel ſingularis pſona uſurarios non oriundos de terris ipſorum exercentes, uel exercere uolentes pecuniã fenebrem permittant habitare in territorio ipſorũ, ſed quod expellunt [e] nunquam de cætero admittendo, [f] ut in capi. uſurarum, de uſur. libro ſexto, & icurrunt pœnam [g] interdicti vniuerſitas uel collegium. Epiſcopi uero & ſuperiores ſuſpenſionis, epiſcopis inferiores eccleſiaſtici excommunicationis ipſo facto, ſi non expulerint de terris ſuis infra tres menſes, uel domos præfatis ad exercẽ. fęnus locauerint, uel ſub quocunque alio titulo conceſſerint, etiã uenditionis ſm Ioã. an. quam pœna ſi p mẽſem ſubſtituerint in

rem pu. ſal. fo. l. 1. ibi profecto dicemus ſeruum publicum apud prætorem ſtipulari debere.

a Sunt nulla] Quia rõne criminis Papa pt infringere teſtamẽta laicorũ, licet Papa in obligatione q̃ſita layco q non ſubeſt eius, iuriſdictioni nõ poſſit tollere, vide latè Pa. in ca. 2. de uoto, & ĩ. Papa. §. 6.

b Quod ſic] Sequtur ibi Ge. alias hæc conſtitutio de facili fieret illuſio. Et idem dicendum in donatione cauſa mortis, ſi fiat in teſtamento uel codicillis, ſecundum Lap. ſecus ſi fiaret ſeparatim, qa cũ accederet ad naturã cõtractꝰ videretur valere. c. da his, de ſepul. da teſtam. cap. Raynutiue. Fallit tamen ſecundum Imol. ſi fieret de omnib. bonis vel de maiori parte, quia pſumeretur in fraudem, arg. l. omnes §. lucius. ff. de his quæ in frau. credi. Et q habetur in l. poſt cõtractum. ff. de dona.

c Cauerit idoneæ.] Pro opin. Io. And. adduco Car. in ca. ſignificauerunt, de teſ. Vbi dicit fuiſſe determinatũ Ferrariæ, q pcurator uſurarii relictus ad dendam cautionẽ de qua hic. Si eam pſtat reconualidat teſtamentum. Idem dicit lu clem. e. de ſepul. in 23. qõ. Adduco etiam rationem Gemi. in d. §. quamquam, in §. cæterum, aſſerentis, d. c. quemquam, non afficere perſonam uſurarii uel facere inteſtabilem, ſed prohibere alios intereſſe in eius teſtamento. Et niſi vſurarius ſatisfaciet ual præſtet cautionem teſtamentum eius eſſe irritum. Tal autem ſatisfactio vel cautio ſi præſtetur ante mortem ſufficit. Et ratio cum ſit præambulum ad teſtamentum, uſurarii manifeſti, quod non eſt de ſolennitatibus quæ inſunt teſtamento, & ideo ſufficit quandocunque præſtetur, uel prius, uel poſterius, neque de ea debet fieri mentio in teſtamento, cum nullo iure caueatur. capit. is qui, de ſentent. excommuni. libr. ſexto. ff. de pnari. l. 3. in ſi. Pro hac parte facit ſimile, qđ habetur de elec. in c. qꝛ pp, ubi electio facta ꝫ pambula conualeſcit. c. quod ſicut, de ele. ſimile habetur, in l. vniuerſa. C. de pci. impe. offer. & ibi do. Iaſ. vbi reſcriptum & differenda ſolutione, non aliter valet niſi fideiuſſio idonea ſup ſolutiõe debiti pbeatur, & tñ illa poſtea pſtita ſtatim habebit effectũ ſic in caſu noſtro.

d L. 1. § 3.] Ibi Bar. dicit. No. q teſtñi q ex perſona teſtantis non valet nunquã reconualidatur, ſecꝰ ſi pter ſolennitatẽ nõ ualet, qa bene pt reconualidari, vt in caſu noſtro. Roſe. reſtitutio. 9. §. 69.

e Sed q expellunt] Gl. in verſ. expellant, in ca. 1. de vſur. li. 6. dicit q pt ſimplicẽ alicuius denunciationẽ nõ dẽt dñs terræ, eũ qui dicitur eẽ talis expellere. Sed tunc dẽt inquirere, & ſi varũ eſſe reperarit expellere, de officio ord. c. 1. ff de officio præſi. l. pſei. Et ſecundum Ioan. And. in nouel. poſſet pmitti bannũ, quod omnes fęneratores alienigenæ in f. a certam diem exirent terram ſub cer. pęna, de clanda. deſpon. cum inhibitio, qui ma. accuſa. poſſ. cap. qui in tua.

f De cætero admittendo.] Poteſt intelligi, ſcilicet vt vſuras exerceat, nam ad aliud exercitium ual honeſtam mercationem poſſent admitti, dummodo ſine fraude ſecundum Gemi.

g Et incurrunt pœnam] Scilicet ſi non expulerint, uel domos eis cauerint, &c. An autem ſi fuerit uniuerſitas ſacularis hanc pęnam ſuſtinebit. Gemi. poſt longam diſceptationem determinat, q non. Sed layci plectentur pęna de qua in uer. cæterum. Et hæc videtur magis communis opi. vt refert ibi licet Imo. dicat aliam opi. de iuris rigore ver.

a Alij layci] Intellige præmissa monitióe. Vñ & in hoc sunt negligentes plati, q nō faciunt hāc constitutioné sępe publicare. Facit c. 1. de loca. & c. sicut olim, de accusa. Hæc Gr. minia. Et Ioan. Angel. in glo. fi. reprehendit prę latos maximè, Romanos qui cū deberent pati le gē q ipsi tulerūt nō faciunt in sua curia hanc obseruare.

b Pau. de Ca.] Andre. Barb. consilio. 16. in 4. volu. incipit. Clementissimē Deū Pau. de Cast. consilio. 35. incipit. Quoddā cōmune Pe. de Ancha. cōsi 235 incipit. Christianissimè, & illustrissime, princeps. Idē tenuit Alex. consilio primo, in secūdo volumi. incipit. Circa primū dubiū, & cōsilio 7. eius partis. Cōfutatione istorum doctorū falsę opiniātium adducā j.§ postilla incipiente prę clariores docto-res.

durato animo terrę eorū, quandiu in ipsis morantur, sunt ipso facto interdictæ, alij layci a debent per excōmunicationem ad hoc idē cōpelli, nōn obstāte quocū que eorum priuilegio. Et de hoc vide supra. Excommunicatio. 7. Calu. 12.

14 Sed qd dicemus de dominis & communitatibu qui concedunt iudæis ut possint exercere usuras, & locant eis domos, & faciūt conuentiones cum eis super vsuris exercendis, & vt iudices cogant debitores sm conuenta & huiusmodi. ℞ d. And. Barba & Pau. de Cast b cons. 376. & Pet. de Anch. consi. 230. & quidam alij conati sunt tenere quod licitè facere poterāt, dūmodo autoritas seu licentia ab ordinario obtineatur, & hoc ōnia accedit ad bonum cōmune totius reipublicæ. Itē quia sic est consuetudo, de cuius initii memoria nō existit ꝯtrium, & tolerantia romanorum pontificum, præsertim in terris temporaliter ecclesiæ subiectis. Et ideo uidetur ualere. Item quia ista concessio non est pcti nutritiua ex parte christianorum, ut in c. super eo. de usu ex parte uero iudæorū, nihil nobis de his q foris sunt, unde dicit tex. in c. q since ra. 45. di. superuacuè iei uř dare operā qui arcere nitit iudæos a pctō. vt pote damnatos pp perfidiam. Et ideo tollerant in eorum ritibus. Hæc sunt in summa eorū motiua. Sed salua eorū reuerentia demonstrabo, ꝙ nedū uerè, sed apertè erroneæ cōtulerunt. Vnde pro clatiori intelligentia nota. sm Girar. de senis, & refert. Io. An. in mercurialibus, in regula peccatum. li. 6. ꝙ triplex est permissio contra legem. Prima simplex indulgens pœnam solum, sed non culpam. Et hoc modo permittit ecclesia prostibula propter maius malū seu peccatum euitandum, ut in cap. denique, iuncta glo. in uerbo uenia. 4. dist. & in cap. veniens iuncta glo. fina. qui cle. uel uo. Secunda permissio est tollens impedimentum, & isto modo ecclesia tollerat ritus iudæorū prohibens christianis ne eos impediant. d. cap. qui sincera, & c. sicut de iudæis. Tertia permissio est præstans iuuamen secundum quem modum ecclesia permittit clericum occidi a sęculari iustè eum degradat & tradit, ut in cap. degradatio, de pœnis. lib. 6. Et de hac habes in capitu. nouimus, de verbo. signi ficatio. & primæ, cor. 5. Prima fit ꝑ maius malum euitan. Secunda propter bonum quod inde consequi speratur ut scilicet iudæos tollerando lucrari possit ut in d. cap. qui sincera, & ut nobis ueritas in eorum ritibus fiat nota, ut dicit Augus. Tertia uero non potest fieri nisi de eo quod licitum est. Nā licitum est quod malefitia non remaneant impunita. capi. vt famæ de senten. excomm. & in l. itā uulneratus. ff. ad l. aquil. Ideo merito tradit clericum. Franciscus in 2. senten. dicit ꝙ duo sunt genera malorum ut dicit gloss. super illud ab occultis meis munda &c. Quædam sunt nostra quæ a nobis oriuntur, & his nullo modo consentire debemus nec directè nec indirectè. Quædā vero sunt aliena q̄ fiunt ab alijs & his nunq̄ cōsentire debem᷒ directè ꝯsensu approbationis. Aliquando tamen licet consentire indirectè consensu permissionis, sicut Deus permittit aliqua mala ex causa rationabile. Sine vero causa rationabili non licet. Vñ dicit ꝙ recipere mutuū sub vsuris ex rationabili causa, puta necessitatis vel vtilitatis licēt, alias non. Hæc ille. Ex qbus ego concludo ad q ꝙ tales peccant mortaliter, & sunt excommunicati & tenentur ad restitutionem omnium vsurarum ex tali conuentione solutarū. si iudæi non restituent. Nam licet principes & communitates possint pmittere vsurarios prima permissione, vt tenet Bald. & Barto. in l. cunctos populos. C. de summa trinitate. quod tamen ego non admito simpliciter, quia maius malum est vsura quæ est pctm mortale, q̄ qdlibet damnū temporale vel corporale quod euitatur pp vsurā, & ideo non

non potest permitti propter maius malum euitandum, solum concederem dictum Bald. & Barto. quando maiora peccata si non permitterentur simpliciter haberent consequi, vt puta homicidia & huiusmodi. Alias non credo excusentur etiam simpliciter permittendo. argumen. capit. post miserabilem, de usuris vbi præcipitur eis ut compellant iudæos restituere vsuras. a Ergo a fortiori, ne exigant prouidere tenentur. Nam facilius impediuntur facienda quam tolerentur iam facta, in capitu. quemadmodum, de iureiuran. & l. patre furioso. ff. de his q sunt sui uel alien. iur. Nihilominus permissione secunda permittere non possunt cum nullum bonum b sequatur, immo multa mala, vt patet vltra experientiam, per capitu. vsurarum de vsur. lib. 6. Et multominus permissione tertia, vt est in proposita. q. Nam nullus potest peccatum committere seu cooperari, vt committatur pro quocunque bono obtinendo seu malo euitando ab alio, capitu. super eo. c de vsu. facit. capitu. primum. 22. quæstio. 2. & capitu. forte. 14. quæstio. 5. & cap. quod ait. 14. dist. in glo. & in ca. non magno. ne cle. vel mo. Liceret bene alicui quando eidem imponeretur necessitas duorum malorum pœnæ, sed nō culpæ. Item liceret volēti facere vnum de duobus malis culpę & persuadere vt minus faciat, & maius dimittat, sed non tertia permissione, sed solum prima & secunda. Intelligo quādo aliter non posset cō pesci quin vnum faciat, alias non, & ita loquitur. c. duo. 13. distin. & ideo cum tales nedum consentiat, immo cooperantur vsurariæ prauitati exercendæ, patet quod peccant mortaliter, & etiam sunt excomunicati ex quo paciscuntur cum iudæis, vt possint exigere vsuras, aut quod eis iustitia fiat de vsuris exigendis, multo magis si ad hoc interponunt decretum. Talia enim pacta vel decreta facta ab illis qui habent potestatem condendi leges, vel statuta, d dicuntur leges vel statuta vt in l. penulti. C. de donatio. inter virum, & vxo. & in cesar. ff. de publi. & vtrobique per Bartol. & per eundem Bartolum in l. quarta. §. actor. ff. de re iudica. Ratio quia facientes talia pacta nedum intendunt se obligare, immo principaliter volunt obligare, omnes de ciuitate & districtu, & obligantur etiam illi qui non assenserunt, ergo sunt statuta cum ex pactis meris non obligentur, nisi consentientes, vt in l. prima. ff. de pactis. Sed statuentes, e vel præsumentes iudicare quod vsuræ soluantur, sunt excommunicati, clementi. prima, de vsu. quæ cum in distinctè loquatur habet lo cum etiam de decretis factis cum iudæis, vt tenet Lau. ibidem cum gloss. & domi. Cardina. & Ioan. de Imol. facit quod not. Gemini. in capitul. primo de vsur. lib. sexto qui vult quòd pœnæ eiusdem capit. ligant

a Retinere vsuras] Quia igit iudæi subijciant legibus temporalibus ipsorum principiū. l. iudæi. C. de iudicis c. quo iure. §. di. merito dicūt cō pelli. Et si venirēt ad nos pregrent, vt. c sicut, de iudæ. & l. nullus. C. de iudæ. merito debēt christiani protegi ab infestationib9 eorū, et. ex mutu. prati. p to. ad idem. cap. quanto de vsur.

b Bonum] Facit qa non solū, vsuræ non sunt in edimentū publicè vtilitatis, sed i maximū detrimentum vt patet in d. c. quanto in princ. & c. vsurarij, de vsur. li. 6. vbi vsurę facultates exhauriunt & animas deuorent. Quod est cōtra bonum publicum per ea quę no. in l. 1. ff. solato matrimo.

c C. Super eo.] Ibi eñ ē tex. formalis p hac sancta opi. Cui non potest responderi. Dicit enim super eo vero, & §. Respondemus q cum vsurarū crimen vtriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationē aliquā posse fieri nō videm9. Quie cū scriptura sacre phibeat pro alterius vita mentiri, multo magis phibēdus est quis, ne etiā pro redimenda, vita captiui vsurarū crimine inuoluetur, hęc ibi gl. in ver. dispensationē, no. arg. q prætextu boni malū fieri nō debet. 1. q. 1. non ē putanda, cum si. Et pōdera illud non videmus. Quia neget totaliter dispensationē posse fieri. Et dici pro redimēde captiui, & siē nec pp publice vtilitatem, vt pōderat. d. Ieso. iō d. l. cunctos populos. Pa. autē No. quem nō debere mentiri pro alterius vita, fecit c. ne quis arbitretur 22. Qd est cō doc. dātes consilium cō conscientiam, vt liberent quē a mortē. Ex quo infertur, q nō tenetur qs cōmittere modicū crimen, vt euitet eius mortē temporalē, imo plus vult qd non debet quia peccere venieliter vt alius euitet mortale.

d Statuta] Imo pl9 dico, q tales habētes potestatē legis cōdēdę si diceret ī scripturis suis tolleramus iudæi fenerētur, tunc inducerēt dispēsationē sup casu illicito, tex gl. in c. gaci rce, de cōsan. & af fi. & Pa. in c. nisi essent de pbē. in 3. columna. circa medium. Sed in vsura non cadit dispēsatio, ergo in hoc casu iudicabuntur cooperaris, secus si de facto tenerent tolerendo eos, qa tunc non induceretur dispēsatio, vt per Peno. vos supra.

e Sed statuentes] Et talis statuta

etiam locantes domos iudæis, idē tenet, do. Lau. de Rodol. tracta. de vsu. q. 146. Et quod teneantur ad restitutionem patet, quia causam efficacem dant damno proximi, & sine qua nō dānificarentur, ideo tenentur insolidum, si illi non restituerent, vt patet supra. Restitutio. 1. in verbo vsurarius. §. 8. Aduerte tamen [a] sm Lau. & Pau. in cle. 1. de vsu. [b] quod si supradicti prohiberent ne maiores vsuras exigerent, dum non cōsentiant de minoribus, nō incurrent pœnam excommunicationis, & sic tu serua quod s. dixi vt etiam cōsuluit domi. Alex. de Neuo Vicentinus, & multi preclariores doctores [c] in scietia & conscientia quā supra allegati qui consulerunt contrarium. Nec ob. eorū motiua. Et primo autoritas Episcopi qa non potest dispēsare, [d] contra ius cōmune editum per sacrum concilium, nisi ex cā necessaria & verisimiliter non pcogitata per sacrum cōcilium, ita no. Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. vt supra dixi. Dispensatio. §. 5. quæ non est hic in proposito, & multo minus obstat cōsuetudo, cū sit corrupta, quoniam continet in se peccatum. c. flagitia. 32. quæstione. 7. Nec tolerantia summorum Pontificum. Nam papa non pōt dispēsare cū aliquo etiam iudæo, vt mutuet sub vsuris dict. capitu. super eo. vt probaui. vsura est malum in secundum se. Et ideo pro nullo bono potest licere, vt in dict. capi. super eo patet. Multo min[9] potest cooperari neque auxilium dare vt vsuræ exigantur, quia agentes & cōsentientes digni sunt morte, ad Roma. primo. Si ergo non potest expresse, nec etiam tacite. [e] Et ideo de tali tolerantia dicitur quod permittimus non approbamus c. hac ratione. 31. quæstio. 1. & sic dicitur ēt multa per patiētiā tolerantē. [f] q̄ si in iudiciū deduceremus cassarentē c. cū iā dudū, de præbē. Non ob. ēt qđ nil ad

tuta sunt nullius momēti, et si essent iurata, sm Ancha. in d. cle. 1. de vsu. Et ad hoc est glo. in auten. ad hæc. C. de vsur. sequitur. d. Ias. vbi supra.

a Aduerte tamen] Idem tenet Io. de Ana. in c. quia super his, de iudæis.

b Cle. 1. de vsu.] Et ibi glo. sing. dicit si statuto, caueat q fenera tores nō possint capere pro vsuria præter duos denarios pro libra dictio pter, non ponit, q duo denarij possint capi, qa hoc modo statuentes inciderent in excōicationē, & de illa glo. facit festum Bal. in auten. ad hæc. 3. col. C. de vsu. & in l. gallus. §. ille casus. ff. de li. & post. Idem tenet Car. in d. cle. 1. in prin. 22. q. Et intellige dūmodo cesset, fraus alias secus.

c Doctores] Vt. d. Io. Baptista de sancto seuerino. i repe. l. cūctos populos. C. de sum. tri. & fi. ca. & ibi. do. Ias. in vtraq. lectura. Quia adducit p hoc opi. vltra ea q̄ allegata sunt. Primo quia vsuræ sunt prohibite d iure diuino. d. c. super eo. sed Papa non potest cōtra ius diuinum. 25. qō. 1. c. sunt quidam, igitur &c. Secundo adducit text. in cle. 1. eod. tit. per quē dicit Car. ibidē in 25. q. & Io. de Imo. qđ rex Aragonum nō iuste accipit tributum a iudæis & saracenis, pro eo quod eis permittet in suo territorio exercere vsuras, vnde dicit non solum peccare, sed etiam esse excommunicatum, vide glo. ibi in ver. Censura. Late tenuit hanc opi. Ioan. An. in regula peccatum in mercu. Idē tenet do. Io. de Prato veteri consilio. 49. incip. Paucta vtar. in 1. col. Quod consilium habetur inter consilia Alexan. in. 3. volu. vbi dicit se consuluisse & obtinuisse lenis tempore. S. Bernar. & idem Bononiæ consuluit & asserit se dixisse episcopo concordien. legato bononiæ qui amplum priuilegium concesserat iudæis, q præcaueret a iudicio Dei vnde infra paruum tempus fuit turpiter expulsus. Non obstant consilia in prin. huius. §. adducta. Et primo consiliū Pau. de Cast. quia secundum do. Ia. vbi supra habuit malam conscientiam in hoc, quia locutus est contra tex. in terminis in d. c. super eo. & in c. post miserabilem, eod. titu. Non obstant etiam consil. Andr. Barba, & Pe. de Ancha. quia pariformiter loquuntur contra iura prædicta. Non obstāt etiā consilia Alexan. de Imo. Cū ipsemet affirmet q vsura est peccatū & q iudæi peccant feneran do christianis, vt patet in cōsi. 80. in 3. volu. idem Io. de Imo. consi. 6. & Pau. in d. c. post miserabilē, & do. Ias. vbi s. dicit q Alex. cōsuluit in fauorē iudæorum vicillante cōscientia, idem quod hic concluditur, tenet Corse. cōsil. 19. 3. li. incipit vidit prima frōte.

d Quia non potest dispensare] Si hæc non pōt Papa, multo mi nus episcopus. Facit quod not. Bal. in d. l. cūctos populos. 4. colū. q imperator nō potest etiam propter bonum publicum permittere quòd vsuræ exerceantur, qa inferior non tollit ius superioris, idem tenet Bal. in auten. ad hæc. 2. colum. C. de vsur.

e Expresse nec tacite] Faciunt not. per Bar. & Bal. Ange. & omnes in l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. per illum text. vbi notant. si Papa confirmat alicui ecclesiæ omnia priuilegia. Intelligitur tantum iusta confirmasse per tex. in cap. 1. de iureiu. li. 6. Idē dicit Bal. in c. in pœnitentia, de proba. 5. colum. & in l. cum oportet, in prin. C. de bo. quæ liber. multo minus ergo ex tacito consensu intelligetur confirmare pacta enormia cum iudæis facta, si viua voce confirmando intelligatur confirmare nisi bona & iusta, igitur &c.

f Per patientiam tollerantur] Nec per hoc inducitur dispensatio vt dicit ibi glo. alle. ca. super eo de cog. spiri.

Ledunt

nos pertinet, de his qui foris sunt capi. multi. 2. quæstione. 1. quia hoc uerum nisi in duobus casibus. Primus quando illi, qui sunt foris lędunt christianos, a vel iniuriantur eis, quia sic pertinet ad ecclesiam. Ita not. Inno. & doc. in c. super his de uoto, & Hostien. Io. an. & communiter alii in cap. gaudemus, de diuor. quod si infidelis delinquit contra legem naturæ, vel contra ius diuinum potest puniri a iudice ecclesiastico. Et sic est in proposito. Et ideo impedit se ecclesia, vt patet i dic. c. post miserabilem. Secundus casus in quo non valet est quando cooperamur alicui eorum in peccato, quia pertinet ad nos sicut etiam in proposita. quæstion. Intelligitur igit propriè nihil ad nos b secundum gl. in c. iudæi, de iudicis, scilicet vt eis pœnā spiritualē infligam', vel vt faciam' eis canones, aut christianā conuersationem imponamus eis inuitis ca. de iudæis. 45. di. propterea si attendas totū tit. de vsur. tā in decretalibus quā in 6. & cle. ecclesia non tolerat aliqua tolerātia vsurarios, nec vult tolerentur a principibus christianis, vt patet in dictis c. post miserabilem, & c. vsurarum, imo quod usuræ exigantur a christianis per iudæos est valde ignominiosum, c cum christiani sint filii & angarientur a iudęis qui sunt serui capit. & si iudęos, d de iudæis. Nec valet quod christiani efficiū tur vsurarii quod erit maius malum, quia & si grauius peccet christianus in eodem genere peccati quā infidelis vno respectu, tamen iudæi grauius peccāt aliis respectibus, & in maius nocumentum christianitatis, quia vltra vsuram habet odium contra christianos quos spoliant. Itē sępius quæ lucrati sunt a christianis exportant ad partes infidelium, non sic christiani, qui vt sæpius restituunt.

§ Nona pœna est quod si vsurarius soluit alteri vsuras non potest repetere, nisi prius ipse restituat e illas quas extorsit ipse vel ille cuius hæres est in capitulo Michael. de vsu. Fal

a Lædunt christianos.] Patet quia vsura deuorat substantias c. 5. de vsur. lib. 6. Item creatorem offendunt vt ibidem habetur.

b Nihil ad nos.] Est glo. in d. c. post miserabilē, di. nihil ad nos. Et intelligitur vt directè coercere nō debemus eos ad fidem sed bene cum peccāt puniri corporaliter possunt idē glo. in d. c. multi, ui. de Calde. consil. 2. de iudæis.

c Est ualde ignominiosum.] Ratio habetur. Prouer. 22. qui autē accipit mutuo, seruus est fenerantis.

d Capit. & si iudæos.] Pano. ibi idem dicit.

e Nisi prius ipse restituat.] Sed quæro, qñ repetēti vsuras opponit ipsum esse usurariū. & quod restituat, si offert se velle cautionem dare, nunqd audietur gl. in d. c. quia frustra, tenet qđ non, arg. in l. quod si soluerit. ff. de pign. actio. & in c. cū aliquibus, de re iudi. Fallit primo qñ magna causa hoc suadeat. arg. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. puta quia si non fi soluēdo, quia dabit cautionē ut postea restituat qñ poterit. ar. in c. olim. 2. de resti. spo. & in c. p. odoardus, de solu. & ff de cessi. bo. l. si debitores. Secūdo fallit si creditor est ad hoc cōtentus, uel illi quibus debetur quia intelligitur satisfactū. l. si rē. §. oia. ff. de pig. actio. arg. extra de re iudica. c. quod ad consultationem, & hoc etiam si nullus peteret ab isto petente sibi restitui vsuras, quā uis secundum Ioan. an. sufficeret sibi, si facta denūciatione publica nullus cōpareret, ad hoc vt posset audiri, sicut dicimus de illo qui inuenit rem alienam, qui si denunciari fecit publicæ euitat pœnam, iuxta. l. falsus. §. qui alienum. ff. de fur. tamen vt dicit gl. in d. c. quia frustra debet compelli vt restituat saltem pauperibus, unde ex quo est in peccato debet purgari, prius a peccato quā beneficium legis consequatur. Ideo potest sibi dici. Eiice primo trabem de oculo tuo. 1. q. 1 multi & 3. q. 7. §. porro. Et non solum iudex potest repellere manifestum vsurarium exemplo domini. 3. q. 7 qui sine, & cap. postulastis, & ca. exceptionē & ex cep. sed et si ē occultus, si reus excipiat & pbat, sm gl. ubi supra Sed dubiū est, qd fiet cū usurario excipiēte ꝯ usurariū, ex quo nō pcedit ei cū? remanebit ne peccatum vsurarij, excipiētis impunitū, vel qđ non maximè quia uterque usurarius ꝯmodū repotrsret ex tali exceptione, cum neuter ꝯpelleret restituere. Resp. Do. intelligunt text. d. c. quia frustra, mirabiliter, dic, quod iudex ex officio suo, repulso actore compellet ꝯuentum ad restituendas usuras nō isti actori sed illis qb. actor debebat restituere usuras, & iste actor tenebit postea hře ratū, cū negociū suum sit vtiliter gestū. l. si pupilli. ff. de nego. gest. facit qđ no. in c. intelleximus, de adul. Et facta integra restitutione audietur actor, quia i istis multū exuberat officiū iudicis, ar. not. in c. tuas, de usu. ubi iudex potest ex officio suo supplere nedum post usuras solutas, ut fiat earum restitutio, sed etiam ante earum solutionem nulla hat exactio. licet forte ante receptionem usuræ non dicatur quis usurarius, secundum Rom. cons. 238. Potest enim iudex præuenire ante consummationem peccati cum iudex videt aliquem in præcipitio peccandi, de quo vide bonam glo. in c. ex literis, de spo. Et hoc facit iudex pp vtilitatem publicam & aiarū piculū euitandū, ut obuiet pcis, qs iste ad cē modum priuatorū nō faceret, ut not. in d. c. sed nostris. a de iniu. & i l. 4. §. hoc aūt iudiciū. ff. de dā. infe. uide Pa.

in d.c.ruas,& in d.cap.quia frustra,de vsur.
a Fallit hoc in clerico.] Quia agit noie ecclesiæ,idō eius delictum non debet ei obesse,ut in regula delictum libro sexto & facit cap frequens,de testi.spo. li.6.idem in procuratore,sm Doct. & Panor.

faciat rē suā,uel sm Ang de Are.& sequtur dominus Ias.in § sic i a ;; inst.de act. Illud est odio furis quia oīs actio degenerat ꝯ furē,i.perdit suā naturā & mutat d l.fi.§.fi.Quo aūt intelligatur uide Imo.in l.scire debemus.§.fi.uet.obl.Et hoc hēt locū in quolibet possessore male fidei rei alienę, sm Barto. in l si quis nec cām. §. res pignori,post glo.ibi.ff.si cert. pet. Qui allegat d. §. sic itaq; ubi Ange.de Aret.& domi.Ias. hoc sequuntur, & hoc ualde nota. pro opinione uera hic. Nam si conditione indebiti teneatur usurarius, sequitur rē i suum dominiū non esse translatam, sicut dicimus de fure, sed odio usurarij q̄libet actio mutat naturam suā, maximè cū multæ conditiones debentur pro re propria ut cōditio sine causa triticaria &c. ut tenet Ioan. Fab.& refert do. Ias. in d. §. sic itaque, super glo. in uer sicul. appareret, in fin.

lit hoc in clerico, a vel procuratore qui nomine ecclesiæ repetunt vsuras quas soluerunt,quibus nō potest opponi quāuis ipsi sint vsurarii secundum Panormi.in d. capitulo. Michael.

16 Decima pœna est qđ quamuis cedat bonis vsurarius, non habetur ei respectus,ne egeat, vt habetur in aliis debitoribus, ut in capitulo odoardus, de sol. & in cap. 2. de pigno. ita no.glo.in ca.cum tu.de vsur.in versicu.in facultatibus.b

17 Vndecima pœna ē qđ ad modum raptorū & furum non solum tenētur restituere rem quam acceperunt pro vsuris, vt cap cū tuto. de vsur. sed & fructꝰ quos perceperunt, & q p cipi potuerūt a vero domino secundum Richar. in 4.15.distin.& communiter omnes docto.p quo facit. l videamus. c 2.§.in fauiana,quoq; ff.de vsur. Ratio quia est malæfidei possessor fine titulo, vt in se quē. quæstio. latius patebit. Et ideo sic tenetur sicut supra dixi de possessore malę fidei.Restitutio 1.in uerbo possessor.

18 Vtrum solutū pro vsuris transeat in dominium vsurarii. ℞.distinguēdo ꝙ aut sunt res cōsumptibiles vsu,vt quę cousistūt in numero pondere & mēsura, vt puta pecunia granū uinum & huiusmodi, & cum ista recipiant functionē in genere suo l.secūda. §.1.ff. si cer. pet.absque dubio in istis transfertur dominiū quando sunt permixta, d seu consumpta. l.si alieni nummi. ff. de sol.& l. nam & si fur.ff.si cer. peta. & l. si frumentum. ff.de rei uendi.Aut tale solutum sunt res mobiles quæ seruando seruari possunt, vel immobiles,& in his an transeāt in dominium,vel ne, fuerunt opi.gloss.& Innocen. in cap.Michael,de vsur.tenet quod vsurarius tenetur ad restitutionem ex quasi ꝯtractu p conditionē indebiti, & sic ꝯsequēter quod dominium sit translatum,cū nemo condicat rē suam præterquām a fure. l.si.in si ff.usufru.quemad. c. & institu. de actio. Sic itaque.Idē uidet tenere gl. in c.si quis vsuram. 14. q. 4.& in c.si episcopum. 16. q.6.& in c.ex transmissa, de deci.& in c.debitores, de iureiur,& pōt esse ratio quia quando traditio habet consensum domini tra dētis transfertur dn̄ium. l. contractus,& ibi.per glos. C.de fide instr. & in l.multum,in fin.C. si si quis alteri vel sibi, & notaē in l.traditionib. C.de pact.& si tradat voluntate, coacta f tamen voluntas est sufficiens ad translationem dominii.l.si mulier.§.penul.ff.quod met. causa. 15.quæstio.1. merito.Sed his non obstantibus (salua semper meliori determinatione) iuxta l ud.l. claudius felix in fin. ff q pos.in pig. habe. Dico ꝙ nullo modo trāsferē dominium.Quod probo sic. Ex nuda traditione non transfertur dominium. l.nun-

b Gl. in c.cū tut. de usur.in uer.In facultatib.] Quā approbat Pau.in foro pniali, secus in foro contētioso, uide do. Ias. instit de act. §.fi. & doct.io d. c.odoardus.

c L.uideamus.] Ad cuius intelligentiā not. actio pauliana siue in factū datur ei, q vult reuocare ea q̄ infraudē creditorum alienata fuor, ut ibi i tex. q dicit quod uenitur etiā fructus, vnde si uēdo possessionem uel dono Ticię in fraudē creditorū,creditores epetēdo possessionē repetunt & fructꝰ, ut ibi, Sed fautana daē patrono, ꝙ reuocat alimēta in fraudē patroni, de quo uide gl.& d. Ias. in §. si qs in fraudem insti. de actio.

d Qñ sunt pmixta.] Hæc ꝯclusio est uerissima,nihilominus quantū ad hoc qđ dicit de pmutatione vē esse singulare pecuniæ,ut dicit gl. in d. l.si alieni,& no.in l. singularia. ff. si cer.pe. uō & d.l. si frumētū vē dicere, qđ frumentū mixtum remanet et dn̄i siue cuius erat.uidē quæ ibi notātur, & in d.l.singularia,& q̄ scripsi supra. Furtū §. trigesimoquinto.Rōoē assignat gl. quia fur sic furatur ut

e Voluntate coacta] Bartol. in d.l.si mulier, cum glos. distin. ꝙ uoluntas coacta,uoluntas est.

a Tantum resistat] Vide Pan. in c. cum contingat, in scda no. de iureiu. & supra. Fideiussor. §. 19. Adde tex. in l. nō dubium. C de legi. ibi nullum pactum, nullā conuentionem, & ibi do. Ias. ait. Not. unum ad quod to ta die allegatur ista lex, quod quod lex phibet actū fieri, si fiat non oritur etiā naturalis ob ligatio, concor. l. si non sortem, in prin. ff. de cōdi. indeb. ubi po. sui nouam opin. circa hoc, tñ ista lex melius probat, quā lex quæ sit in corpore iu ris. Et ex hoc ha bes notare quòd quāuis lex ciuilis nō possit tol lere obligationē naturalē postquā ē in esse deducta. l. iul. uerū debitorē, de cond. inde. tamē antequā sit in esse deducta pōt impedire, & ratio est per l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. hęc dominus Iaso.

b No. in c. fin.] Idem no. & late in l. cum qs. C. de iur. & fac. ignor. ubi de hoc, & gl. in l. cuius per errorem. ff. de reg. iur.

c In solutione nō improbata.] Vide ad hoc quod pulcherrimè no. Barto. in l si non sorte, in princi. & in §. primo. ff. de condi. indeb. q dicit. No. cum hodie de iure canonico, imo potius de iure diuino obligationi usurarū lex resistat in totum, ut C. de usur. auth. ad hęc, nō solutū in totum repeti tur, & ita obseruatur, nec potest dici, quod scienter soluat indebitū. Nam licet ego sciam me non teneri ad usuras, si promitto uel soluo tibi usuras, ne uexer super debito principali, non potest dici quòd sciens indebitum soluerim. Et ita practicant episcopi, secundum eum.

d Hoc idem probatur per gl.] Illa glo. approbatur ab omnibus, & dum dicit idonea, secundum Alexandr. ibi. Idonea causa dicitur, siue sit uera siue putatiua, ut declarat glos. in d. l. nunquam nuda, in princi. Puta quia crede bā tibi debere, cum in ueritate non essem debitor, oportet bene illam causam esse habilem ad translationē dominij, quia si tradere tibi rem, ex causa depositi nō transferretur dominium. l. licet. §. rei. ff depo sit. Item oportet istam causam non esse ea lege reprobatam. l. non dubium. C. de legi. secundū Alexā. in d. l. traditionibus, super prima gl.

e Ex contractu nullo] Exēplū si contractus sit simulatus, quia ex eo non transfertur dominiū, ut l. pretor, & ibi Ba. ff. de aqua pluu. arc. ita no. Ang. in l. si donatione. C. de collatio. & in §. si vir vxori, hic allegato, vbi etiā Ale.

l. nunquam nuda, & ibi per gloss. de acqui. rer. dom. l. traditiōibus. C. de pac. Sed solutum pro vsura unde traditur, patet si inspiciantur omnes tituli ex quibus res alterius acquiritur quo ad dominium qui sūt isti pro empto, pro mutuo, pro transacto, pro hærede, pro derelicto, pro legato, pro dote pro suo, pro donato, pro vsucapto, pro rescripto, pro commisso, pro iudicato, pro pœna, pro socio, pro soluto, de quibus habes supra vsucapio §. 5. quorum nullo uestitur. Si dicis quod vestitur titulo pro soluto ratione pacti seu promissionis, ad hoc dico quod tale pactum seu promissio est nulla, nec oritur aliqua obligatio naturalis vel ciuilis vt patet in d. capi. debitores, & ibi hoc tenet prima glossa. & Ioan. de Imol. & Panor. Ratio quia cum tex. resistit non oritur obligatio etiam naturalis, etiam si alteri contrahenti tantum resistat, a l. cum lex. & ibi Bartol. ff. de fideiuss. Sed cum vsura prohibeatur pagina vtriusque testamenti, capit. super eod. de vsu. & etiam sit contra naturam, vt probat Aristo. 1. poli. Igitur sequitur quòd tale pactum seu promissio soluendi vsuras non inducit obligationem. Ergo non potest dici quod vestiatur pro soluto. Si asseris, saltem soluit credens se debere, & sic per errorem quod sufficit ad translationem dominii, vt not. in ca. fi. b de solu. 1. Negatur hoc, quia communiter sciunt se non obligatos. Si dicis ergo soluunt scienter indebitum, & sic transfertur dominium cum præsumantur donare. l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. Ad hoc Host. quod est verum quòd solutum scienter, indebitè præsumitur donatum in solutione non improbata c a iure, sed non in illa quæ improbatur a iure, vt est in casu nostro, sequitur ergo quod non est donatio vera, quia nemo sic intendit. Nec præsumpta, quia improbata a iure. Nec solutio debiti veri, vel putatiuę veri. ergo nuda traditio, & sic non transfertur dominium. Hoc idē probatur per gloss. d in d. l. traditionibus qua vult quod ad hoc vt traditio transferat dominium requiritur. Primo quòd sit facta cum causa, vt. d. l. nunquam, & quòd causa sit idonea. §. per traditionem, insti. de re. diuisio, & a dominio. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domi. quod non est in soluto pro vsuris, quia & si sit causa, tamen non idonea probat, etiam hoc idem ista rationem. Ex contractu nullo, e & cui lex resistit nunquam transfertur dominiū l. non dubium. C. de legi. tenet Bartolus. & communiter docti in l. 1. §. si uir. vxori. ff. de acquir. possess. Cum ergo ce nt actus vsurarius & huiusmodi, vt pate in capitul. secundo. & tertio. & capitul. con-

fuluit, de vsufr. Ergo non transfertur dominium, & hanc opinionem uidentur tenere communiter docto. in cap. in literis,[a] de 12 pro. & ibi Io. in and. in ca. quamquam, de vsu. libr. 6. & ibi Io. an. & Ge. & Federi. in suo consilio. 22. & Ange. in sua disputatione quæ incipit. Astensis miles, circa finem quæ dicunt quod vsurarius tenetur ex delicto ad restitutionem & dãnato ac reprobato pagina vtriusque testamenti, vt dictum est, & patet in capit. tua nos ibi in crimine &c. ergo patet quòd non acquirit dominium, quia qui tenetur ex delicto ad aliquàm rem restituendam, non est dominus, vt patet in fure. l. 1. quæ incipit, in re furtiua, [b] & l. siue manifestus. ff. de condition. fur. Hanc etiã sequuntur communiter Theologi, [c] & hæc eũ tenenda præsertim in foro conscientiç, quia sicut dicit Arch. in ca. si quis vsuram. 14. q. 4. sicut ui cõpulsiua [d] rem alienam rapiens fictionem iuris ciuilis efficitur dominus rei tamen iure prætorio penes priorem dominum remanet. l. metum aut in præsentem. §. iulianus. ff. quod me. causam. Sic saltem dicendum est in soluto pro vsuris. & bene facit text. ibi dum dicit, quia res in bonis est eius qui uim passus est. Nec ob. glo. in contrariũ adductè [e] quia pôt dic ꝙ ibi non figunt pedes patet quia voluerunt etiã inducere hypothecam, super omnib⁹ bonis pro vsuris restituendis, vel dicendum ꝙ loquuntur in rebus consumptibilibus. Nõ ob. etiam ratio adducta in contrarium, quoniam non solum requiritur traditio & consensus tradentis, sed etiam titulus verus, vel putatiuẽ verus, vt supra probatum est. Et si quis vult cõtendere quòd fictione iuris ciuilis efficitur dominus, tamen iure diuino, & canonico oportet concludere quòd dominium rei ramaneat apud soluentem nisi aliud ex eius uoluntate disponatur. Et sic per inde est in conscientia quo ad omnem effectũ ac si nõ esset trãslatum dominium hoc patet quia si res extat, semper vsurarius tenet eã restituere cum fructus, vt supra uerum est. Restitutio primo in verbo. Vsurarius. §. 4. Nec pôt dare tantũdem seu extimationẽ ꝯ voluntatẽ domini, cũ iura astringant eũ ad rest. tuẽ. quod tam prtue accepe unt c. cum tu. de vsur. ibi donec reddãt, quod tam praue acceperunt, facit in ar. ad hoc. l. 2. in prin. §. i. ff. si cer. pe. & text. clarus. in ca. si res. 14. qõ. 6. Si vero alienauit tunc de æquitate canonica tertius possidens, potest conueniri & ab eo dicta res aduocari officio iudicis, vt notabiliter tenet Bald. in l. rem quam. C. de iure do. nulla habita distinctione an possideat titulo oneroso [g] vel lucratiuo. Nã dicta distinctio bene dẽt fieri in re empta ex pecunia vsuraria, vt per gl. in d. ca. cũ tu in fi. sed in re ipsa formaliter data [h]

pro

a In c in literis.] Ibi cõiter dicitur heredẽ teneri ex delicto defuncti, de iure can. & sic restituere usuras, qa usurarius deliqt usuras exercẽdo, & refert illos doc. Pa. i d. c. i literis, & in c. cũ tu. & i c. tua nos, de vsur.

b L. in re furtiua.] In re furtiuo soli domino conditio competit, & glos. q̃ uult alias conditiones dari non dño reprehenditur, p Ioã. Fab. in d §. sic itaque. & dixi. s. Et cõpetit dño vel quasi, ut supplet ibi Barto.

c Cõiter theologi.] Scilicet nostri ordinis Sco. Rich. Alex. & S. Bonauen. ut refert Archi. Flor. 2. parte sum. tit. 1. c. 8 §. 17.

d Vi compulsiua.] Vult dicere soluentẽ usuras p metũ soluere, & tñ trãsferẽ dominiũ quantũ ad hoc. Nam vr̃ esse voluntas, licet coacta. De æqtate tñ res in bonis eius remanet, q cõpulsus trãstulit, ad hoc d. §. iul. alias incipit, i deni iul. & melius facit. l. nemo. ff. de in integ. restit. ubi dicitur. Nemo vr̃ exclusus, quẽ prętor i integrũ restituturũ se pollicet, unde & illeno i dr̃ acqrere, cui cito auferri pt, l. non vr̃, ff. de acq. pos. In ui aũt oblatũ secus, quia nunq̃ ꝯcurrit aliqs cõsensus, ideo non trãsfertur dominiũ in accipiẽtẽ.

e Glos. in ꝯ̃rium adductæ.] Patet ex his quę edlu. cta sunt, & dũ dicit, ꝙ uoluerunt ẽt inducere hypothecã, gl. hoc non dicunt, se est materia. ce. cum tu. de vsuris.

f Trãnslatũ dominiũ] De hoc p Ge. in c. q̃q̃, in prin. de vsur. lib. 6.

g Tit. oneroso.] Et ratio est quia realis actio sequitur fundum possum enim rem meam a quocunque vendicare, facit. l. officium. ff. de rei uend.

h Formaliter data] Si loquamur de pignorib quę perducatur pp usures non solutas uel cepta e non solutum tũc simpliciter est dicendum, non transferri dñium, cũ istud sit pactum legis commissoriæ, reprobatum in pignoribus, ut c. significãte, de pig. & l. fine. C. de pec pigno. Et sine dubio rationes positę hic necessario cõcludunt Sed qñ rõnes non sunt q̃sitæ per pactũ legis commissoria tunc pendet quęstion. Et summa nostra audacter tenet, non transferri dominium. Hoc tenet S. Bona. in 4. dist. 15. part. 2. art. 2. q. 1. & Ric. ibidẽ ar. 6. q. 5. Asten. lib. 3. ti. 11. Idẽ Ale. de Alexa. in 1. par. in tracta de precepto mutui. quæstio. 3 ubi dicit, ꝙ usurarius

pro usuris non cadit dicta distin. sed potest peti a quocunque posfidente etiam titulo oneroso, ex quo res est affecta illo uitio. Facit. l. si cum exceptione. §. aliquando, & l. metum. §. Iulianus. ff. quod me. cau. iuncta ęquparatione. Arch. in d. cap. si quis usuram. de qua supra. dictum est.

19 Sed quæro quis dicatur manifestus usurarius, ut subiiciatur pœnis supradictis. ℞. ut collegio ex Ioā. an. & Pa. in c. quia in omnibus, & Io. an. & Archi. in c. 1. de usur. libr. 6. Ille dicitur manifestus. Primus qui est notorius de iure, puta quia conuictus, uel condēnatus de usuris, seu coram iudice sponte confessus. a c. cum olim, & c. super quibusdam de uerbo. signi. Secūdo qui est notorius de facto notorietate facti, puta tenet altare paratū, uel mutuat in camera omnib⁹ uolentibus sicut meretrix in ꝓstibulo patet cuilibet, ar. ď eo. cle. & mul. c. tua, & c. si. ita. Bart. in l. 2. ff. de fur. & Bald. in l. hæredes palam. ff. de test. Idem tertio dicitur manifestus secundum glo. in c. 1. de usur. lib. 6. quando quis coram sacerdote & testibus confessus in articulo mortis est se usurarium & mandauit restitui usuras, & resignauit libros. Quam gloss. Federicus consilio. 8. dicit ueram quando simul omnia præfata concurrunt, alias confessio sola extra iudicialis non faceret manifestum. Facit. c. uenerabilibus. § secus de sen ten. excommuni. libro. 6. Nec solum mandatum de usuris restituendis alias manifesti non aliquo prædictorum modorum, sed uel per famam tantum, aut alio modo a prædictis non incurrunt ipso iure præfatas pœnas, secundum communiter doctor. nisi publicentur per ordinarium loci.

20 Quid reqrit̄ ad publica

